AD

CAROLI IV.
BULLAM AUREAM SAXONICAM,

Dat. Metis an. 1357. 6. Kal. Januar.

DISSERTATIO

QUAM

PRÆSIDE

MICH. HENR. GRIBNERO
POTENTISS. POLON. REG. ET ELECTOR.
SAXON. CONSILIAR. AULICO ET COLLEGII
JCTORUM ORDINARIO,

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI

SUBMITTIT

A. & R.

FRIDERICUS CHRISTIANUS LUDOVICUS à STEIN,
EQUES OSTERLAND.

DIE XIV. JANUAR. A. O. R. MDCCXXVIII.

LIPSIÆ,
LITTERIS CHRISTOPHORI ZUNKELII.

3

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI POLONIARUM REGIS ET SAXONIÆ ELECTORIS

Miniſtris Status,

Arcanorum Regiorum, Sanctiorisque Senatus Conſiliariis,

REVERENDISSIMIS, ILLUSTRISSIMIS,

PER-ILLUSTRIBUS ATQUE EXCELLENTISSIMIS,

DOMINIS SUIS GRATIOSISSIMIS,


exiguas has lucubrationes humillimo cultu & pietate

D. D. D.

Summum precatus Numen
ut ſartam ſervet & perennem
Tantorum Procerum,
in ſago æque ac toga
Heroum,
incolumitatem,
Gratioſiſſimorum horum
Mæcenatum
Patrocinio & tutamini
ſe totum
omnemque ſuam ſalutem ac fortunam
ſubmiſſiſſima pietate
commendat
ad
humillima obſequia

obſtrictiſſimus & devotiſſimus cliens

Fridericus Chriſtianus Ludovicus à Stein.
Eques Oſterl.



AD

CAROLI IV.
BULLAM AUREAM SAXONICAM

Dat. Metis ann. 1357. 6. Kal. Januar.

DISSERTATIO.

§. I.

Bullam Auream Caroli IV. producimus, L. B. eamque *Metensem*, non tamen eam, quæ inprimis ita dicitur, & quando aliam appellationem non addimus, significatur, cujus posteriora capita Metis, anno 1356. publicata esse constat, vid. *Aur. Bull. cap. 24.* sed eam, quam paulo post, & eodem fere tempore ab Imperatore *Carolo IV. Rudolphus II.* Dux Elector Saxoniæ impetravit. Quamvis autem anno 1357. ea data sit, ad annum tamen 1356. referri potest, si eam, qua hodie utimur, computandi rationem sequi velis. Solebant enim eo, quo conscripta est, tempore, a natali die Domini annum auspicari, vid.

Concil. Colon. ann. 1310. habit. *cap. XXIII. Car. du* FRESNE *Glossar. Med. & inf. latin. p. 229.* MABILLON *de Re Diplomat. L. II. c. XXIII.* Scripta est hæc Bulla 6. *Kal. Januar.* aut ut Germanica sive Bulla, sive versio habet, den nächsten Tag nach dem Jahrs Tage. (a) GOLDASTUS quatriduo post Auream Bullam editam scribit *de Majorat. L. II. C. 2. §. 3.* qui & triduo post hujus publicationem eam prodiisse tradit *d. L. II. c. 3. §. 6.* & curate minus, nec sui satis memor. *Aureæ* enim *Bullæ* posteriora capita promulgata sunt *die Nativitatis Christi*, aut, ut alii habent Codices, *die Natali Christi*, licet in versionibus antiquissimis a *Thulemario* editis nulla diei fiat mentio; Annum illa præscriptum habent 1356. nostra Bulla proximum 1357. cujus rei causas & rationes expendant alii, nobis non vacat his immorari.

§ II.

Hujus Bullæ mentionem fecerunt SPALATINUS, GOLDASTUS, HORTLEDERUS, BECKMANNUS *Hist. Anhalt. P. V. L. I. C. VII. §. 7.* aliique. Capita ejus aliqua primus exhibuit SPALATINUS, vid. HORTLED. *d. C. B. G. L. IV. c. 23. n. 50. p. 1500.* lingua Germanica scripta, aut in eam translata, quæ GOLDASTUS quoque *P. II.* derer Reichs-Satzungen *p. 68. (56.)* inseruit. Idem GOL-

(a) In *Deductione Vinariensi*, quæ in causa præcedentiæ & primogenituræ ao. 1613. prodiit p. 82. legitur: nächsten Dienstags nach dem Neuen Jahrs-Tage, sed exemplum, quo utimur, convenit cum fragmento ab HORTLEDERO edito, add. *cit. Deduct. p. 86.*

GOLDASTUS latinæ quoque Bullæ fragmentum attulit *de Majorat. L. II. c. II. §. 4.* cujus etiam particulam, addita versione, produxit *Deduct. Vinariens.* quæ an. 1613. prodiit p. 82. sq. Atque scripta sane hæc Bulla latine est, versio autem a *Spalatino* adornata, aut corrupta certe & depravata, v. GOLDAST. *discurs. de Jur. repræsentat. in primogenit. §. 36. p. 391.* & HORTLED. *l. c. p. 1500.* Exstat tamen etiam antiqua satis ejus versio, &, ut videtur, ipsius *Caroli IV.* ætate confecta, quam *Hortlederus*, qui ea usus est, Bullam Germanicam appellat d. p. 1500. Et erat sane eo tempore solenne, diplomata utraque, & nostra, & latina lingua conscribere, ut probabile sit, hanc Bullam Germanicam ipsum Carolum habere auctorem, quod iis, quibus illam in Archivis latentem inspicere licet, definiendum relinquimus.

§. III.

Concessit hanc Bullam Imperator *Rudolpho II.* Saxoniæ Duci, quod ipsa illius verba satis ostendunt, quibus *Rudolphus* hic *modernus*, der nuige, *Rudolphus* autem *I*, quondam Dux Saxoniæ, & hujus moderni pater, appellatur. Quare emendandus est GOLDASTUS, qui *l. c. §. 3. p. 128.* hanc Bullam, quam declarationem Bullæ Aureæ dicit, ad preces *Rudolphi I.* Electoris Saxoniæ factam esse refert, (a) siquidem *Rudolphus I.* jam ante promulgata in Comitiis *Metensibus* A. B. capita anno 1356. d. 12. Mart. diem suum obierat. BECKMANN. *Hist. Anh. P. V. L. I. C. VII. §. 5. p. 45.* SENNERT. *Athen. Vitemb. p. 127.*

(a) add. *ej. Discurs. d. jur. repræsent. in primogen. §. 36. p. 393.*

p. 127. ut non potuerit illorum aliquam declarationem quarto poſt ea edita die obtinere, quamvis facile concedam, *Rudolphi I.* curis & conſiliis hanc Bullam deberi, cujus in ſe merita in his quoque, quas filio dedit, tabulis non diſſimulavit *Carolus IV.* & cui jam ante A. B. conditam ann. 1355. jus & poteſtatem eligendi Regem Romanorum confirmaverat.

§. IV.

Nimirum impetravit a *Carolo IV. Rudolphus I. decretum*, quo declarat, *ipſum & neminem alium, tanquam Saxoniæ Ducem & Sacri Imperii Archimareſchallum eſſe verum & legitimum Principem Electorem, & habere vocem, jus & poteſtatem eligendi in electione Regis Romanorum in Imperatorem promovendi.* Dat. *Pragæ an. 1355. 2. Non. Octobr.* Hæc eſt illa *Bulla Pragenſis*, quam memorat HORTLEDERUS *p. 1501.* & GOLDASTUS *de Majorat. L. II. C. III. §. 6. p. 133.* qui *Prid. Non. Octobr.* atque paucis hebdomadibus ante A. B. ſcriptam eſſe dicit. (a) Forte & eadem hæc Bulla eſt, ad quam auctor *Deductionis Vinarienſis p. 85.* provocat: **Churfürſt Rudolphs des I. zu Sachſen Pragiſche Bull, welche ihm Käyſer Carl der IV. da er von der Käyſerl. Crönung zu Rom nur wiederkommen, am Tage Bartholomäi** anno 1355. **bey nahe 5. Monath vor der allgemeinen Nürnbergiſchen Bull gegeben hat.** Ejusdem enim utrumque diploma argumenti eſt, quamvis non eodem die ſcriptum ſit. Sane diem *Bartholomæi* per erro-

(a) Intercedunt tamen tres fere menſes, cum Aur. Bulla edita fuerit 4. Id. Jan. 1556.

errorem adjectum esse suspicarer, nisi publica auctoritate hic libellus prodiisset, & aliæ rationes obstarent. Quare fere adducor in eam sententiam, ut existimem, aut diversas esse has Bullas, aut, quod factum eo tempore est sæpius, duo confecta esse ejusdem documenti exempla, unum latina, alterum nostra lingua, illud 2. Id. Octobr. hoc die Bartholomæi. Nuper hoc Decretum V. Cl. *Jo. Frid.* SCHANNAT. ex *Cod. Mſ. Fuldenſi* edidit, præscripto lemmate: *Caroli IV. præceptum, quo Rudolpho Saxoniæ Duci dignitatem Electoralem, Ducatui Saxoniæ annexam, una cum omnibus juribus ac privilegiis, hereditario confirmat. Vindem. literar. Collect. II. p. 132. n. 31.* sed mutilum & vitiosum, sine anno & die, nulla quoque loci, quo datum sit, mentione facta. (a) Quare cum copiam ejus nacti simus paulo pleniorem, & accurate magis scriptam, facturi forte erimus operæ pretium, si integram eam subjiciamus, inprimis cum non parum conferat ad *Bullam Auream* Saxonicam, de qua agimus, illustrandam. Ceterum quamuis hoc ipsum quoque Decretum GOLDASTUS, HORTLEDERUS & auctor *Deductionis Vinariensis* Bullam appellent, Bulla tamen aurea caret, solo Imperialis Majestatis sigillo munitum. (b)

§. V.

Accipe igitur L. B. literas *Caroli IV. Imper.* quibus *Rudolphum I.* Ducem Saxoniæ legitimum Electorem esse & haberi debere decernit:

(a) Circa annum 1356. prodiisse colligit V. Cl. quæ conjectura eum non fefellit.

(b) Solet enim hoc exprimi in literis, quæ aurea bulla exornantur.

In nomine sancte & individue Trinitatis feliciter amen. Karolus quartus *divina favente clementia Romanorum Imperator semper augustus & Boemie Rex. Etsi sollicitudo dignitatis Cesaree, in qva nos Conditor orbis omnipotens ex sola dignationis sue bonitate dignatus est collocare, incessanter nos urgeat & freqventer admoneat, jugiter esse sollicitos & voluntarios subire labores, qvemadmodum â nostris & Imperii Romani fidelibus generaliter universis incommoda submoveamus & scandala ac pacis eis & quietis compendia ministremus; ferventiori tamen affectu in illis exercendis cor nostrum accenditur, que sacri decus Imperii & Inclitos principes ipsius Imperii Electores qvadam specialitate concernunt;* (a) *Ubi tanto nos ardentius decet intendere qvanto nobis constat evidentius in eorum precellentia sacri Imperii magnificentiam altioribus titulis & honoribus decorari.*

Sane qvia certo certius sumus edocti ac â Principibus, Comitibus, Baronibus, proceribus ceterisqve Imperii Romani fidelibus experientiam ac testimonia luce recepimus clariora, qualiter Illustris Rudolfi *Ducis Saxonie sacri Imperii Archimareschalli Avunculi & Principis nostri dilecti Genitor felicis memorie* Albertus *qvondam* (b) *Saxonie Dux tanqvam Princeps elector Imperii cum consensu voluntate & voto unanimi aliorum coelectorum principum pie recordatio-*

(a) ap. SCHANNAT. leg: *concernit.*
(b) ap. SCH. leg: *qualiter Illustris Saxon. Dux tanquam*, reliqua desunt.

tionis, Serenissimum qvondam Rudolfum Romanorum Regem (c) *predecessorem nostrum rite & rationabiliter elegit, &* (d) *qvod post ejus obitum idem Dux* Albertus *Avunculus noster clare memorie* Albertum *Regem, dicti* Rudolfi *qvondam Regis Romanorum filium, tunc Austrie Ducem, rationabiliter & juxta sacri Imperii observantiam & ritum elegit; & post mortem ipsius* Alberti *Regis dum sacrum Imperium aliqvantisper variis fluctuaret erroribus prefatus* Rudolfus *Saxonie Dux Avunculus noster carissimus prefati* Alberti *Ducis qvondam Saxonie filius celebris ac recolende memorie Serenissimum* Heinricum *avum nostrum dilectum in* Romanorum Regem (e) *elegit, qvi post electionem eandem in* Romanorum *Imperatorem extitit solempniter coronatus. Manifestum insuper & longe lateqve dignoscitur divulgatum, nec potest in dubium revocari, qvomodo etiam idem avunculus noster Dux* Rudolfus (f) *hoc felici nostro tempore nos in* Regem Romanorum *elegit, sicut etiam post eandem suam & aliorum Principum Coelectorum suorum electionem in Imperatorem* Romanorum *fuimus feliciter auspice Deo promoti & solempniter coronati, prout omnia premissa & singula* (g) *clarissimo multorum fide dignorum testimonio*

B *ful-*

(c) ap. SCH. desunt verba: *Rudolphum Rom. Regem.*

(d) quæ sequuntur a verb: *quod post ejus obitum*: usque ad verba: *Serenissimum Henricum* desunt ap. SCH:

(e) vox: *elegit* deest ibidem.

(f) ap. SCH. R. (g) verba: *& singula* desunt ibid.

fulciuntur. Hinc est quod predicti Avunculi nostri dilecti Ducis Rudolfi (h) *tam claro tam manifesto tamque notorio jure multa deliberatione pensato & diligenter inspecto, quod idem retro actis temporibus habuit & possedit & hodie ex successione & hereditate paterna in electione Regis Romanorum in Imperatorem promovendi possidere dinoscitur & habere, sano Principum, Comitum, Baronum & Procerum nostrorum accedente consilio futuris cupientes quantum possumus obviare periculis & materiam succidere dubiorum, ut videlicet jus & dignitas hujusmodi sibi & suis heredibus ac successoribus illesa perpetuo incommutabiliter conserventur, & permaneant illibata, declaramus imo decernimus & edicto Imperiali presenti perpetuis temporibus valituro sancimus ex certa nostra scientia de plenitudine Imperatorie potestatis, qvod antedictus* Rudolfus *Dux Avunculus noster dilectus, & nemo alius tanqvam Saxonie Dux, & sacri Imperii Archimarschallus verus & legitimus Princeps elector existat, sicut* (i) *existit, sibiqve competat, sicut & competit, vox, jus & potestas eligendi, in electione Regis Romanorum in Imperatorem promovendi. Et post ejus obitum filio suo primogenito, & illo non extante, ejusdem primogeniti primogenito vox & jus predictum competat eligendi. Si vero ipsius primogenitum absqve heredibus masculis legitimis mori*

(h) verb. *Ducis Rudolphi:* desunt ibid.

(i) ap. SCH. leg: *seu.*

mori contingeret, ex tunc vox & jus ſeu poteſtas electionis bujusmodi ad ſeniorem fratrem *per veram paternalem lineam deſcendentem & deinde ad illius primogenitum devolvatur & talis ſuccesſio* ac devolutio (k) *in voce jure & poteſtate premisſis in Ducibus Saxonie perpetuis temporibus obſervetur. Preterea ne ſuper jure electionis bujusmodi in Ducatu ſeu Principatu Saxonico ullo unqvam tempore dubium aliqvod oriatur vel ſcandalum ſuſcitetur, autoritate Imperiali de prefate nibilominus Imperialis* (l) *plenitudine poteſtatis declarationem, decretum & ſanctionem noſtras predictas approbamus, ratificamus & ex certa ſcientia noſtra in omnibus & ſingulis punctis, articulis & ſententiis confirmamus. Supplentes inſuper de ſepedicte Imperialis poteſtatis plenitudine ex certa ſcientia omnem defectum,* (m) *ſi qvis in preſenti privilegio noſtro ex obſcuritate forte ſententiarum, vel defectu verborum aut ſolempnitatis obmisſione* (n) *ſeu alio qvovis modo nunc aut in futurum perpetuis temporibus inveniretur admiſſus.* (o) *Etiamſi qvacunqve lege vel ſtatuto publico vel privato cautum exiſtat plenam & expreſſam talium debere fieri mentionem, qvibus omnibus & ſingulis qvo ad omnia puncta ſuperius tacta eſſe volumus totaliter derogatum &*

 au-

(k) Verb: *ac devolutio* deſunt ibid.
(l) *Imperialis* deeſt ibid.
(m) verb: *ſi quis* & quæ ſeqvuntur usque ad verb: *vel defectu* deſunt ib.
(n) ibid. legitur: *ſolemnitatum obmiſſionem ſeu aliud.*
(o) Quæ ſeqvuntur deſunt usque ad verb: *quibus omnibus.*

auctoritate prefata omnimode derogamus. Nulli ergo (p) *omnino hominum liceat hanc paginam nostre majestatis infringere, aut ei qvovis ausu temerario contraire. Si qvis autem contrarium attemptare presumpserit Indignationem nostram & bannum Imperiale nec non & penam mille Marcarum auri optimi cujus medietas erarii nostri seu Imperialis fisci, reliqva vero medietas lesorum usibus applicetur, toties qvotiens contra fecerit, se noverit irremissibiliter incursurum. Signum Serenissimi Principis & Domini, Domini* Karoli Qvarti *Romanorum Imperatoris invictissimi & gloriosissimi Boemie Regis. Testes hujus rei sunt. Venerabiles* Arnestus *Archiepiscopus Pragensis*, Prezlaus *Wratislaviensis*, Johannes *Argentinensis*, Fridericus *Ratisponensis*, Johannes *Olomucensis*, Theodericus *Mindensis &* Heinricus *Lubucensis Ecclesiarum Episcopi, & Illustres* Nicolaus *Munsterbergensis*, Bolko *Falchenbergensis*, Conradus *Olsnicensis*, Bolko *Opuliensis*, Kazimirus *Teschinensis*, & Johannes *Osvvetinensis Duces, nec non Spectabiles* Burghardus *Burggravius Magdeburgensis*, Heinricus *de Svvarzburg*, Ulricus *de Helfenstein* & Albertus *de Anhalt Comites, & alii qvam plures nostri & Imperii sacri fideles dilecti. Presentium sub Imperialis nostre Majestatis Sigillo testimonio literarum. Datum* Prage *anno Domini Millesimo Trecentesimo Qvinqvagesimo qvinto. Indictione octava II. Non.*

(p) Reliqua desunt. ib.

Non. Octobris, Regnorum nostrorum anno decimo Imperii vero primo.

per Dominum Jo. Luthomischlenf. Episc. Cancell. Nicol. de *Chirmsir*.

§. VI.

Neque contentus fuit *Rudolphus I.* his tabulis imperialibus, sed & Principum Electorum testimonio & suffragio jus electionis sibi corroborandum curavit. *Gerlacum* enim Electorem anno 1356. Norimbergæ *Rudolphi* Saxoniæ Ducis causam juraque tabulis editis communivisse, iisdemque declarasse, non alium, quam Rudolphum, qua Ducem Saxoniæ & Sacri Imperii Archi-Mareschallum, suffragii potestate in designando Cæsare gaudere, testatur JOANNES *Annotat. ad* SERRAR. *Mogunt. rer. L. V. p. 672.* easque codici, quem parat, diplomatico se inseruisse scribit. Similes literæ exstant *Wilhelmi* Coloniensis, (a) *Boemundi* Trevirensis Archiepiscopi & *Ludovici* Brandeburgici Marchionis, die 9. Januar. 1356. dat. vid. *Deduct. Vinariens. p. 94.* quibus attestantur *Rudolphum* solum verum esse Electorem Saxoniæ, atque jus electionis Regis Romanorum ad eum pertinere. Quæ singulæ superstite *Rudolpho* scriptæ, Decretum hoc *Carol. IV.* Pragense & Jus Electionis, quod *Rudolpho* ille ejusque liberis adjudicaverat, stabiliunt & confirmant.

(a) Datæ sunt Norimbergæ 5. Id. Januar. an. 1356.

§. VII.

Eodem fere tempore edidit in Comitiis Norimbergensibus *Carolus IV.* priora A.B. quæ *κατ' ἐξοχὴν* ita dicitur, capita, quorum septimo de successione & tutela Electorali constituit. Sed & in parte altera, quæ in *Curia Metensi* promulgata fuit, cap. XXV. jus succedendi in Electoratus & inter hos in Ducatum Saxoniæ ordinavit. Quæ autem ad Saxoniam pertinebant, plenius persecutus est in ea, de qua agere instituimus *Bulla Aurea Saxonica priore*, qua non solum jus electionis *Rudolpho II.* confirmavit, sed & rationes succedendi & in descendenti & in collaterali, quam vocant, linea, definivit. Sunt tamen, qui post eam latam quoque *Wenceslaum*, fratrem *Rudolphi*, cum fratris filio *Alberto* de successione contendisse, atque post mortem *Rudolphi*, quæ anno 1370. contigit, utrumque sibi jus in Electoratum vindicasse tradant. vid. *Levin* von AMBEER Sachsen-Lauenburg. Stammfall *ſ.12.p.28.* quod negat ENGELBRECHT *de successione in Electorat. th.119.* Qua de re inferius dispiciendi erit locus. Hoc certum est, *Wenceslai* jus denuo agnitum & firmatum esse a *Carolo IV.* & nova constitutione successionis ordinem, qui post fata ejus obtinere debeat, compositum fuisse.

§. VIII.

Atque hæc est *altera* illa *Aurea Bulla Saxonica Caroli IV.* quæ *Francofurtensis* dicitur, data Francofurti anno 1376. 4. Id. Jun. laudata pluribus, & magis etiam, quam

quam prior *Metensis*, nota. Videtur hæc quoque utraque & latina & nostra lingva scripta esse. Et Germanicæ quidem, quæ data est den nächsten Dinstag nach dem Heil. Dreyfaltigkeit Tage, fragmenta protulit SPALATINUS apud HORTLEDER. *l.c.p.1502.* & ex hoc GOLDASTUS Reichs-Satzungen *P. II. p. 76.* latinæ idem GOLDASTUS *de Majorat. L. II. C. 2. §. 5.* atque *Auctor Deduction. Vinariens. p.72.* Hanc integram etiam ediderunt GOLDASTUS *Constit. Imperial. T. I. p. 372.* FREHER. *Commentar. ad A. B. Cap. VII.* vid. *Repræsentat. Reipubl. Germ. p. 605.* & ex his LUNIGIUS *Arch. Imp. P. Spec. Cont. II. p. 186.*

§. IX.

Hoc ipso anno 1376. *Wenceslaum* Ducem Saxoniæ aliam etiam Bullam â *Wenceslao* Rege Romanorum obtinuisse tradunt HORTLEDERUS *l.c.p.1504.* GOLDAST. *de majorat. L. II. c. 2. §. 6. & c. 3. §. 6. Auctor Deduct. Vin. p. 86.* datam *Aquisgrani 5. Id. Jul.* in solenni inauguratione. Sed & eodem tempore testimoniales literas à *Ludovico* Moguntino, *Friderico* Coloniensi, & *Sigismundo* Brandeburgico Electore (a) impetravit. Idem HORTLEDERUS & GOLDASTUS *d. l.* etiam *Sigismundi Aquisgranensem Bullam* memorant, datam anno 1414. die 8. Novembr. eo ipso, quo Imperator coronatus fuit, & quo scripta est *Bulla Aurea Palatina*, quam FREHERUS commentario illustravit, vid. *Repræs. Reipubl. Rom. Germ. p. 556.* nec non aliam ejusdem *Sigismundi*, quam *Vra-*

(a) *Dat. Francof. super Mogan. 4. Id. Jun. 1376.*

Vratislaviæ die S. Felicis Martyris *Alberto III.* Duci Saxoniæ conceſſit. add. *Deduct. Vinarienſ. l. c. p. 86.* atque has omnes convenire plane cum Bulla *Caroli IV.* Francofurtenſi idem GOLDASTUS monet *de Majorat. l. c. p. 130.* Conſcriptas etiam utraque lingua & latina & noſtra probabile eſt, & de Sigiſmundi certe Aquisgranenſi Bulla conſtat. Atque hanc priorem, quam Rudolphus III. anno 1414. ab hoc Imperatore accepit, ſuo conſenſu etiam Electores *Johannes* Moguntinenſis, *Dietericus* Colonienſis, *Wernerus* Trevirenſis & *Ludovicus* Palatinus anno 1415. approbarunt, vid. JOANNIS *Annotat. ad Serrar. Mogunt. rer. L. V. p. 729. n. 10.* qui literas Moguntini Aſchaffenburgi 3. Pentecoſt. feria (d. 28. Maji) ſcriptas eſſe teſtatur. add. MÜLLERI *Annal. ad ann. 1415. p. 8.* (b)

§. X.

Non ſatis conſtat, an & ceteri Electores, quos ſeculares vocamus, ſimiles Bullas Aureas juris eligendi cauſa a *Carolo IV.* conſecuti fuerint. Equidem *Bohemiæ* ſuæ jura & privilegia pluribus tabulis & Bullis Aureis confirmavit, quas GOLDASTUS & BALBINUS exhibent. *Gerlaci* etiam Epiſcopi Moguntinenſis literas *de jure & voce Bohemiæ Regum* datas *Metis* anno 1356. die Dominico ante feſtum *B. Luciæ* virginis, quibus *animo deliberato, non per errorem, aut improvide, ſed multa inveſtigatione prævia, & a multis veridica informatione recepta, maturo*

(b) Qui docet *Colonienſis* literas datas eſſe d. 30. Maji, Trevirenſis d. 4. Jun.

ro consilio, una cum universis aliis Co-Electoribus, Cum-Principibus & Collegis suis, tam spiritualibus, quam secularibus, de certa scientia recognoscit, & dictante conscientia publice profitetur, quod Reges Bohemiæ ab atavis, proavis, avis & progenitoribus suis, ab eo tempore, cujus memoria non existit, habuerint jus & vocem, plene & commode in electione Romani Regis ad Imperium promovendi, idem BALBINUS habet *Miscell. Histor. Regn. Bohem. Dec. I. L. VIII. Vol. I. p. 69.* qui & *Ruperti I.* Comitis Palat. Rhen. *literas* ejusdem argumenti addit p. 70. (a) & similes *Wilhelmi* Archiepiscopi Coloniensis, *Boemundi* Archiepiscopi Trevirensis, *Rudolphi* Saxoniæ Ducis & *Ludovici* Marchionis Brandeburgensis literas exstare affirmat. Bulla tamen, qualem Saxoniæ Duci concesserat *Carolus IV.* forte sibi non opus esse credidit, quia, quod *Gerlacus* & *Rupertus* testantur, *de juribus ipsius nulla fuerat juris & facti dubietas,* quamvis nihil pro certo asserere ausim.

§. XI.

Non magis liquet, an Marchionibus *Brandeburgensibus* hujusmodi Auream Bullam *Carolus IV.* tribuerit, & *Ludovicus* Marchio, quales ipse aliis Electoribus dedit literas, ab iis receperit. Quod ad *Comites Palatinos Rheni* attinet, adsunt literæ *Caroli IV.* quibus tanquam *Rex Bohemiæ* declarat & pronunciat, *Magnificum Ru-*

C *per-*

(a) quas ante eum GOLDASTUS T. II. *Const. Imper. p. 91. & de Regn. Bohem. append. Doc. n. 51. p. 202.* ediderat.

pertum seniorem esse in possessione vocis & electionis, in electione Romanorum Regis, scriptæ *Norimbergæ* an. 1356. *5. fer. post Epiphan.* quas post GOLDASTUM & FREHERUM, TOLNERUS *Cod. Dipl. Palat. n. 139. p. 90.* (a) edidit, qui & simili per omnia tenore literas dedisse scribit *Gerlacum* Mogunt. *Boemundum* Trevir. *Wilhelmum* Colon. Archiepiscopos, R*udolphum* Ducem Saxoniæ juniorem, atque *Ludovicum*, qui nuncupatur R*omanus* Marchionem Brandemb. add. FREHERUM *Comment. ad A. B. de Legit. Tutel. Curaque Elect: Palat. p. 393.* Idem TOLNERUS *no. 140.* alias *Caroli IV.* tabulas exhibet eodem anno die *S. Johannis Evangelistæ* signatas, quibus R*uperti junioris* declarationem confirmat & de tutela Elect. Palat. constituit, add. FREHERUM l. c. *p. 393. seq.* Ipse quoque Imperator *Sigismundus* in utraque Bulla Aurea Palatina diserte ad *Aur. Bull.* genitoris sui, *Caroli IV.* provocat, vid. R*epræsent.* R*eipubl. German. p. 560.* quem tamen non Palatinam aliquam, sed generalem illam & pragmaticam, in Curia Norimbergensi publicatam, intelligere censet FREHERUS *p. 573.* quamvis idem *Commentar. de Tutel. curaque Testament. C. XIII. p. 534.* verisimile esse putet, Electores singulos a *Carolo IV.* privilegium super successione primogenituræ accepisse, ejusque conjecturæ firmandæ causa ad *Bullam Saxonicam Francofurtensem* provocet, ex qua tamen sola res ea confici non potest. Ceterum utramque *Sigismundi* Imperatoris Bul-

(a) easdem nostra lingua scriptas exhibet idem d. l. n. 144. p. 93.

Bullam Palatinam, quarum altera ann. 1414. altera ann. 1434. prodiit (b) TOLNERUS exhibuit *Cod. Dipl. n. 145. & 146.* & ante eum FREHERUS, qui & notis eam commentariis illustravit, vid. *Repræs. Reipubl. Germ. p. 556.* & *568.* literas Electorum, *Moguntini, Trevirensis, Coloniensis, Saxonis & Brandeburgici* allegavit, *p. 571.* quibus Bullæ priori consensum præstiterunt, (c) atque *Rupertorum* etiam *Dispositionem de minoribus*, datam Heidelbergæ ann. 1395. auf St. Margarethen-Tag, non integram tamen adjecit, p. 566. Quæ nescio, utrum sit alia, an eadem ac illa, quam nuper in dubium vocavit Auctor der Gründl. Untersuchung einer so genannten Rupertinischen Constitution d. a. 1395.

§. XII.

Sed redeamus ad Bullas Saxonicas. Transiit imperante *Sigismundo* Electoratus Saxoniæ ad *Fridericum* Thuringiæ Landgravium, Misniæ Marchionem, cui Imperator hic omnia jura atque privilegia Electorum Saxoniæ confirmavit. *Bullam* autem *Auream*, quæ succedendi rationem explicaret, qualem *Rudolpho III.* & *Alberto III.* dederat, *Fridericum* ab eo impetrasse affirmare nolim. Certe in controversiis illustribus, in quibus ad *Bullas Saxonicas* provocatum fuit, non memini Bullæ, quam *Fridericus* hic acceperit, fieri mentio-

(b) Non anno 1443. ut ap. STRAUCHIUM legitur *Dissert. Jur. Publ. II. th. 5. p. 50.*

(c) *Johannis* Moguntini, *Werneri* Trevirensis, *Diterici* Coloniensis, & *Friderici* Brandeburgici literæ datæ sunt an. 1418. *Rudolphi* Ducis Saxon. & Lunenb. Com. Palat. Sax. an. 1415.

tionem. Immo ſunt, qui tradant, *Guilielmum* in contentione, quæ cum fratre *Friderico II.* ipſi interceſſit, negaſſe, Auream Bullam quicquam ad ſe pertinere. Quod fieri non poterat, ſi nova Bulla Aurea *Friderico* patri a *Sigiſmundo* Imperatore data fuiſſet. Credibile enim eſt, ſi vera ſunt, quæ illi afferunt, non de alia quam de *Saxonica Bulla* intelligi debere. Quod quidem in medio relinquimus. Pervenit poſtea a progenie *Erneſti* ad poſteros *Alberti* dignitas Electoralis, ſed nec hos ſimilem Bullam nactos eſſe puto. Eam enim, quam GOLDASTUS attulit *de Majorat. L. II. C. 32.* ipſe profitetur, a ſe confictam eſſe, & *mentalem* appellari poſſe, & dicis gratia propoſitam, iisdemque fere verbis conceptam, quibus veteres Bullæ Electorales concipi conſueverunt *d. l. §. 1. & 6. p. 237. & 239.* ut manifeſtum ſit, falli *Auctorem Germ. Princ.* qui *L. III. C. I. §. 18.* lit. (r) Diploma tranſlati in *Mauritium* Electoratus GOLDASTUM eo, quem indicavimus, loco exhibere credidit.

§. XIII.

Nunc, quod promiſimus, ipſam Bullam Auream Saxonicam Imperatoris Caroli IV. primam illam *Metenſem* exhibebimus, & utramque quidem, & latinam, & germanicam, cum hæc quoque, aut authentica ſit, aut ita certe conſcripta, ut ſententiam latinæ ſatis exprimat, &, ubi illa videri poterat ambigua, declaret. Adjiciemus etiam obſervationes, ſed paucas, pro inſtituti ratione. Neque enim nunc ſingula licet, perſequi, aut plenos commentarios dare.

In

In nomine Sancte et individue Trinitatis feliciter amen.

Karolus *quartus divina favente clemencia Romanorum Imperator* (14) *semper Augustus & Boemie* Rex *ad perpetuam rei memoriam.*

Wir Karl von G. G. Röm. Kayser, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs und König zu Boheimb berichten und thun kund öffentlich mit diesem Brief allen den die ihn sehen oder hören lesen.

§. XIV.

Circa titulum nihil eſt, quod moneamus, eſt enim idem, quo in pleriſque diplomatibus, & quo in ipſa A. B. *Carolus IV.* uſus eſt. Quare nolumus commentatorum ſcrinia compilare. In iis, quas ante coronationem Romanam dedit, literis, Regis non Imperatoris elogium uſurpat. Facta autem eſt hæc inauguratio an. 1355. quem primum imperii ſui annum numerat. Atque ex hoc tempore Imperatoris titulum conſtanter adhibet in omnibus literis, & germanicis & latinis. Neque enim perſuadet Vir celeberrimus *J. P. a* LUDEWIG, *ad Aur. Bull. p. 9.* ſeculo XIV. titulum, Käyser, Germanis inſolitum fuiſſe, cum is in omnibus ferme diplomatibus noſtra lingua conſcriptis occurrat, quæ magno numero GOLDASTUS, MÜLLERUS, SCHANNAT, WENCKERUS, aliique attulerunt. Sed & antiquiſſimæ Aureæ Bullæ verſiones à THULEMARIO editæ, non Regem, ſed Imperatorem *Carolum* compellant. Immo ipſa illa, quam ſecutus eſt Ludewigius *c. III.* & ſæpius eun-

Quamvis sublimitas dignitatis Cesaree, in qua conditor orbis omnipotens nos sola sue pietatis clemencia collocauit feliciter, mentem nostram vrgeat et amoueat incessanter, vt cura peruigili & sollicitis laborum studiis a nostris et Imperii sacri fidelibus amputemus incommoda, eisque amenitatem desiderate pacis salubriter ministremus, feruentiori tamen affectu cor nostrum accenditur penes ea, que sacri Imperii decus et illustres ipsius Electores Principes quadam singularitate conspiciunt, (15) quos gene-

Allein die hohe Kayserliche Würdigkeit, darein der allmächtige Schöpfer der Welde uns nur von seiner Güte Mildigkeit seliglich gesetzet hat, unser Gemüthe on Unterlas darzu nöthiget und ermanet, das wir mit wachender Beysorge und mit steten Fleiße der Arbeit besorgen, wie wir von unsern und des Heil. Reichs getreuen Ungemach empfremden, und wunnesamen Friede inseliclichen schaffen; doch wird unser Hertze hitziglicher entzündet bey dem, daß des Heil. Reichs Zirheit und die Hochgebohren Churfürsten sunderlicher ansicht und beruret,

eundem titulum exprimit, ut taceam, omnes fere literas *Caroli* post illius inaugurationem consignatas annos regni & imperii distinguere, ut non possit non in iis, quæ nostra lingua scriptæ sunt, aut in eam translatæ, mentio fieri des Käyserthums.

§. XV.

Quæ hoc §. 1. continentur, conveniunt pleraque cum prologo *Decreti*, quod *Carolus IV.* anno 1355. *Rudolpho I.* dederat. Repetita hæc sunt verbis paulisper im-

ris nobilitas, virtutum insignia ac continuata fides pre ceteris laudabilius recommendant. Nam ad illorum magnificationem maiestatem nostram merito decet intendere, in quibus sacri Imperii status, velut in columpnis fortissimis, titulis sublimibus et sinceritate fidei solempniter conseruantur.

die ir Adel und löbliche Tugende und auch stete Trewe vor andern löblichen preisen. Auch zimpt wohl unser Majestat zu derer erhohunge gedencken, in denen das Wesen des Heil. Reichs, als uf festen Saulen, von wegen irer Trewe und hohen Namen wirt loblich behalten.

immutatis in *Bulla* altera *Saxonica*, quam FREHERUS & GOLDASTUS ediderunt, nec non in utraque *Sigismundi* & *Saxonica*, & *Palatina*. Post verba tamen: *quadam singularitate conspiciunt:* in *Bulla Francofurtensi Saxonica* & utraque *Sigismundi* additum est: *eos precipue* &c. cum in nostra *Metensi Carolina* elogia hæc omnibus, sine exceptione Electoribus tribuantur. Vocem *feliciter* & *salubriter* reddit Bulla Germanica seliglich, inseliclichen, quod idem est ac glücklich, ut nesciam, an locum tueri possit conjectura, quam ad versionem A. B. in cujus prooemio vox eadem occurrit, attulit a LUDWIG p. 5. *Magnificationis* vocabulo etiam usus est *Carolus* in literis dat. *Pragæ 4. Id. Maj.* an. 1352. *de immunitate & potestate Archiepiscopi Pragensis in temporalibus*, quem pro magnificatione dignitatis regiæ fidelissime laborasse scribit. vid. GOLDASTUM *de Regn. Bohem. Append. Docum. p. 65.*

§. XVI.

Sane, ſicut alias a Principibus, Comitibus, Baronibus, Proceribus (16) et Nobilibus, multisq; aliis noſtris et Imperii ſacri fidelibus informationem certam noſtra recepit ſerenitas, et teſtimonia luce clariora,

Darum, als wir vormals von Fürſten, Graven, Freyen, Herren, Edlen und viel andern unſern und des Heil. Reichs Getrewen gewizzlich underweiſet ſein, und ouch clare und offenbare Geczeuknuzz vernumen haben,

§. XVI.

Inter teſtes, a quibus informationem certam ſe recepiſſe Imperator profitetur, citantur *Proceres* ante Nobiles, poſt Barones. Eodem Ordine collocantur in *Bullæ Aureæ* prooemio *ſ.* 7. In *Saxonica Francofurtenſi* & *Palatina Sigismundi* Proceribus anteponuntur Nobiles. *Decretum Carol. IV.* quod ann. 1355. *Rudolpho I.* dedit, Nobiles plane omittit. *Bulla* noſtra *Germanica* Proceres appellat Herren, Barones Freyen, eadem ratione *Sigismundi Palatina* & *Saxonica,* quas ſequi malumus, quam verſiones A. B. quæ Proceres reddunt die Freyen, add. SCHILTER. *Inſt. Jur. Publ. T. II. tit. 19. ſ. 10. Nobiles* autem hoc loco dici videntur, qui præ aliis ita appellantur die Edlen, Edlen Herren, qui cum ejusdem dignitatis ſint, cum Proceribus, mit denen Herren, facile apparet ratio, cur in diplomatibus nunc eos præcedant, nunc ſequantur. conf. a LUDEWIG *ad A. B. p. 47. ſeqq.*

§. XVII.

Qualiter felicis memoriæ Illustres Albertus (17) *quon-* wie seliger Gedechtnuss die Hochgeborn Albrecht, ezwen Her-

§. XVII.

Inter exempla & actus, ut ita dicam, possessorios, quibus eligendi jus *Rudolpho II.* competere probat Imperator, primo loco provocat ad electiones, quibus *Albertus* Dux Saxoniæ, quem II. dicimus, interfuit. Ad hunc enim, & non ad *Albertum I.* pertinere ea, quæ commemorat Imperator, manifestum est, & præter rationes temporis, vel ex eo constat, quod disertim *Rudolphi* moderni avus, & in decreto *Carolino*, quod §. *V.* exhibuimus, *Rudolphi I.* genitor dicatur. Antiquiora, quæ allegare poterat facile, exempla Imperator prætermisit, & in altera quoque Bulla Saxonica, quam FREHERUS edidit, imo & in Decreto, quod *Rudolphus I.* impetraverat, eorum nullam fecit mentionem. *Sigismundus* quoque in ea, quam *Rudolpho III.* an. 1414. concessit, Bulla, ab eodem *Alberto II.* originem juris, quod illi confirmat, repetit, wie das seliger Gedechtnisse, etwa der Hochgeborn Albrecht, Herzog zu Sachsen, Ober Alder Vater des Hochgebornen iezigen Rudolphs zu Sachsen und Lüneburg Herzogen 2c. Cujus rei causas facile est conjicere. Hoc enim agebat Imperator *Carol. IV.* ut *Alberti II.* posteris, & *Rudolpho* inprimis *II.* jus electionis adversus Duces Lauenburgicos vindicaret. Itaque antiquiora exempla frustra erat commemorare, quæ Saxonici quidem Ducatus jura adjuvabant, in hac vero *Rudolphi II.* & Lauenbur-

dam Saxoniæ Dux, avus illustris	zog zu Sachsen des nunigen Rudolfs, Herzogen
Rudolfi (18) moderni *Saxoniæ*	gen Rudolfs, Herzogen

gicorum contentione neutri parti prodesse poterant. Ceterum, *Albertum* hunc, *Alberti I.* primogenitum, eamque ob causam in Ducatu Saxoniæ successorem fuisse, tradunt von AMBEER **Lauenburgischer Stamm-Fall** *§. 11. p. 27. & §. 12. p. 29.* BECKMANN. *Annal. Anhalt. P. V. L. 1. C. 8. §. 1.* Quamvis alii *Johannem* ante *Albertum* natum esse contendant, quos sequitur GOLDASTUS *de majorat. L. 3. C. 17. §. 1. p. 327.* add. von AMBEER *d. p. 27.* & BECKMANN. *d. l.* Sane in diplomatibus nunc *Albertum*, nunc *Johannem*, primo loco collocari idem BECKMANNUS observavit *P. V. L. 1. C. 7. §. 3. 4. C. 8. §. 1.* add. eund. *P. III. L. 1. C. 4. §. 8. p. 147.*

§. XVIII.

Hic *Albertus II. Rudolphi* moderni, qui est *II.* avus vocatur, des nunigen Rudolfs Anherre. Vox enim, Anherr, avum exprimit, quo nomine suum etiam avum *Henricum* (unsern lieben AnErn) in his ipsis tabulis *Carolus IV.* compellat. Fallitur igitur SPALATINUS, qui *Albertum Rudolphi* hujus moderni patrem dicit, notatus HORTLEDERO *l. c. n. 50. lit. e.* Fallitur etiam GOLDASTUS, qui ad *Rudolphum I.* hæc verba refert, eundemque a *Carolo IV.* Imperatore postulasse, ut in Comitiis Metensibus hanc declarationem faceret, contendit, *Disc. de Jur. repræsent. in primogen. §. 36.* Frustra quo-

Ducis, sacri Imperii Archimareschalli Principis & avunculi nostri dilecti velut (19) *Archimareschal-*	zu Sachßen, des Heil. R. R. Erzmarschalcks, unsers lieben Oheimbs und Fürsten Anherre, als ein Erzmarschalck

quoque sunt, qui dubitant, utrum *Rudolphus I.* filius *Alberti II.* fuerit, cum decretum *Caroli* ann. 1355. disertis verbis *Albertum Rudolphi* genitorem, nostra Bulla *Rudolphi II.* avum dicat, quem errorem ex aliis etiam literis, quibus *Rudolphus I. Albertum I.* avum suum nominat, refellit BECKMANN. *P. V. L. 1. C. 7. §. 5. p. 44.* Avunculi autem titulum, quem *Rudolpho II. Carolus IV.* tribuit, Bulla germanica recte exprimit, unsern lieben Oheim, perperam SPALATINUS, unser Mutter Bruder. Honoris enim hoc nomen est, non cognationis, vid. HORTLEDER. *l. c. lit. f.* FREHER. ad *Bull. Sigism. p. 569.* verb. *avunculi nostri.* Itaque eodem titulo *Carolus Rudolphum* in decreto, quod §. 5. exhibuimus, & in literis *de incorporatione Polon. Silef. & Lusat.* eod. ann. 1355. scriptis ap. GOLDAST. *d. regn. Bohem. Append. Docum. p. 70.* & *Wenceslaum in Bulla Francofurtensi,* atque *Sigismundus* etiam *Ludovicum* Comitem Palatinum Rheni in *Bull. Aur. Palat.* compellavit.

§. XIX.

Addit *Carolus, Albertum* veluti *Archimareschallum Imperii* eligendi jure usum esse, als ein Erzmarschalck und ein warer rechter Kurfürst, eademque ratione utitur in *Bul-*

lus Sacri Imperii (20) *& verus* | und ein warer rechter Kur-

la posteriore *Francofurtensi.* Itaque eligendi jus ex Archimareschallia repetit. Hoc in odium *Lauenburgici* fingi, ut eo citius is causa caderet, Archiofficio destitutus, existimat *a* LUDWIG *ad A. B. tit. VII. §. 2. p. 646.* quod vix probabile videtur, cum Lauenburgici ad Archimareschalliam non minus, quam ad Electoralem dignitatem, jus sibi competere contenderent. Concedo facile, virtute principatuum eligendi potestatem Electoribus tribui in ipsa *Aur. Bull. tit. VII. §. 2.* Sed cum jam eo tempore Archimareschallia cum Ducatu Saxoniæ coaluisset, poterat omnino ad illam hoc quoque jus referri, perinde atque in *Aur. Bull. tit. V. §. 2.* Vicariatus Jus Imperii Archimareschallo tribuitur, quod ei tanquam Saxoniæ Duci competit. Unde & *Sigismundus* in *Bulla Aurea Palatina* Comites Palatinos, tanquam *Archidapiferos* elegisse memorat, quos ratione Principatus, sive Palatinatus eligendi jure frui Aurea Bulla aliæque literæ *Caroli IV.* tradunt. vid. FREHER. *de legit. tutel. p. 391. seq. & Comment. ad Bull. Sigism. pag. 573.* Neque enim Archimareschallia hic Ducatui Saxoniæ opponitur, immo in Bullæ hujus nostræ inferiore parte Rudolpho aperte veluti *Saxoniæ Duci*, vox, jus & auctoritas eligendi vindicatur. Conf. *Bull. Francofurt. & Saxon. Sigismundi.*

§. XX.

Fuit igitur *Albertus II.* Archimareschallus Imperii, atque hoc decus etiam ad posteros propagavit. Utrum autem

Princeps Elector accedente	fürste mit eintrechtigen Willen,

autem ipse titulo *Archimareschalli* usus sit, non satis constat. Sane in plerisque Diplomatibus a BECKMANNO, LUNIGIO, aliisque editis, *Dux Saxoniæ, Angariæ, Westphaliæ*, in quibusdam etiam *Comes in Bren, & Burggravius in Magdeburg Albertus* dicitur, non *Archimareschallus*, vid. BECKMANN. *P. III. L. I. C. 4. §. 8. p. 146. seqq. Id. P. III. L. II. C. 2. §. 9. p. 321. & P. V. L. I. C. 7. §. 4. pag. 43.* LUNIG. *T. R. A. C. I. §. 2. p. 7. C. II. §. 2. p. 522.* SCHURZFLEISCH. *de vitricis eccles. §. 8.* Et quamvis GOLDASTUS literas alleget anno 1291. scriptas, quæ titulum *Mareschalli & Electoris* præferant, *de Regn. Bohem.* Beylagen *n. 17. p. 191. & P. I.* der R. H. *p. 2.* eas tamen suspectas, aut titulum certe, qui illis præmittitur, corruptum esse, palam est, & vel solum elogium *Thuringiæ Ducis*, quod *Alberto* tribuitur, ostendit, add. SCHURZFLEISCH. *ad vit. Alberti III. p. 111.* a LUDEWIG. *ad Aur. Bull. tit. II. §. 3. p. 358. seq. tit. XXVII. §. 2. p. 607.* Neque magis probabile est, *Johannem Saxoniæ Ducem* hunc Mareschalli titulum usurpasse, licet is præfixus sit literis, quibus ratam habet confirmationem terrarum *Aloft, quatuor officiorum, Wasiæ & Geraldi montis a Rudolpho* Imperatore *Johanni de Avesnis, Comiti Haynonensi* factam, apud *Edmund* MARTENE *Anecdot. T. I. p. 1132.* vid. STRUV. *Synt. J. P. C. IX. §. 28. p. 480. Rudolphum I.* sæpius esse vsum titulo Archimareschalli satis constat, neque tantum post Bullam Auream, aut circiter tempora *Caroli IV.* quæ

unanimi consensu, voluntate & votis aliorum suorum Coelectorum Principum recolendæ memoriæ, Serenissimos quondam (21) Rudolfum,

Gunst und Folgung ander seiner Mit Kurfürsten seliger Gedächtnüß, die Allerdurchlauchtigsten .ezwen Rudolfen

SCHURZFLEISCHII *ad vit. Alberti Animosi p. 112.* aut post annum 1330. quæ ALBINI *Chron. Misn. Tit. XVI. p. 217.* conjectura est, sed jam antea, quod diplomata an. 1321. à BECKMANNO *P. V. L. I. C. 7. §. 5. p. 45. ann. 1325.* ap. LUDWIG *Reliqv. Mss. T. I. n. 216. p. 310. ann. 1326.* ap. BECKMANN. *P. III. L. I. C. 7. p. 179. ann. 1329.* ap. LUDW. *l. c. n. 227. p. 317. n. 224. p. 319.* allata docent, quibus addimus aliud ann. 1327. quo *Claustro* in *Molberg* donat proprietatem unius Curiæ, dat. Wittenberch fer. 4. post Lætare. Sane in literis Electorum ad Pontificem *Benedictum XII.* quas LEIBNIT. *Cod. Diplom. P. I. n. 77. p. 149.* exhibet, *portitor ensis* dicitur, in literis *Caroli IV.* ann. 1351. & 1357. des Heiligen Reichs Obrister Marschall, vid. MULLERI *Elect. P. I. C. 4. p. 203.* & *Ejusd.* Reichs-Tags-*Theatr.* unter K. Friedrich. V. *P. I. C. 6. pag. 85.* Ceterum *Bernhardo* jam Archimareschallatus munus, & dignitatem hereditario jure possidendam, fuisse collatam, probabile est, vid. STRUV. *de Offic. Imper. Saxon. S. II. §. 7. & Synt. Jur. Publ. c. IX. §. 28.*

§. XXI.

Tribus electionibus interfuisse *Albertum II.* refert Imper. *Carolus IV.* atque inter eas primo loco commemorat

morat illam, qua *Rudolphus* in Regem Romanorum evectus fuit. Contigit hæc an. 1273. Atque huic electioni præstitisse consensum suum . . *ucem Saxoniæ*, recepta cautione de collocanda sibi in matrimonium Imperatoris filia, tradit ALBERTUS ARGENTIN *ad an. 1273. p. 100.* quod ad alium Ducem, quam *Albertum* nostrum, *Rudolphi* generum, referri nequit, add. EVERHARDUM ALTAHENS. *ad eund. ann. ap.* CANIS. *T. IV. p. 216.* & HENR. STER. *ad d. ann. p. 559.* qui *Rudolphum* statim post electionem unam filiam *Ludovico*, Comiti Palat. Rheni, alteram *Duci Saxon.* matrimonialiter copulasse scribunt. SCHURZFLEISCHIUS *ad vit. Alberti Animosi p. 150.* idem confirmat, & ad fidem *Chron. Vet. Saxon.* provocat, atque addit, *Rudolphum* etiam *Alberto* concessis tabulis eligendi jus firmasse, quales etiam *Ludovicus* Comes Palat. ann. 1275. accepit, vid. TOLNER. *Cod. Diplom. n. CVII. p. 75.* Falluntur itaque, qui cum KRANZIO *Saxon. L. IX. c. 19.* negant, *Rudolphum* ab *Alberto* electum esse; vid. LEVIN *von* AMBEER §. *12. p. 30.* neque fidem faciunt, qui *Johannem*, *Alberti* fratrem, etiam huic electioni interfuisse contendunt, *von* AMBEER *l. c. p. 29.* aut *Albertum* nostrum etiam fratris *Johannis* nomine elegisse scribunt, quæ sententia est PFEFFINGERI *ad* VITRIAR. *L. I. T. XIII. p. 1041.* quamvis *Johannem* etiam aliquas in electione Imperatorum sibi partes postulasse facile concedam. Quod probant, si veræ sunt, tabulæ *Johannis* & *Alberti*, quibus ratas habent donationes, Pontifici Romano a *Rudolpho* Imperatore factas, ad quas provocat BARONIUS *T. X.* *An-*

Adolfum *(22)* & Alber- Adolphen und Albrechten,

Annal. ad ann. 996. n. 44. & quas exhibet GOLDASTUS *Const. Imper. T. I. p. 312. add. eund. de Major. L. III. C. 17. pag. 327.*

§. XXII.

Altera electio, quam *Carolus IV.* commemorat, est *Adolphi Nassovii*, quem elegit *Albertus II.* aut eligenti *Gerhardo* Moguntino assensum certe præstitit, vid. *Annal. Colmariens. ad ann. 1292. & ad ann. 1298.* ubi Electores Moguntinus, *Saxo* & Brandenburgensis profitentur, se ante sex annos *ex parte sua*, & ex parte reliquorum Electorum, qui in ipsos eligendi votum transtulerant, *Adolphum* de *Nassow* jure ac canonice in Regem Romanorum elegisse. Elegit igitur *Albertus Adolphum* ex Ducibus Saxoniæ solus; neque enim huic electioni intercessisse *Lauenburgicos* legimus, quamvis LEVIN *von* AMBEER in ea fuisse sententia videatur, *l. c. p. 30.* Neque prætextu tutelæ jus hoc *Albertus* sibi asseruit, quod *a* LUDEWIG affirmat *ad A. B. T. XX. §. 3. p. 241.* sed jure proprio tanquam Imperii Archimareschallus. Quare nec est, cur miretur *Cl.* PFEFFINGER. *ad* VITRIAR. *L. I. T. XIII. p. 1041. Albertum II.* solum ausum esse eligere *Adolphum Nassovium*, favore minorennitatis nepotum. Nam licet concedas, Ducis *Johannis I.* liberos non ob aliam, quam minoris ætatis causam ad electionem hanc non vocatos fuisse, *Alberto* tamen hoc obesse non poterat, quo minus jure suo uteretur. Inter eos quoque, qui *Adolpho* abrogarunt Imperium,

tum (23) *ipsius* Rudolfi *filium, Ducem Austriæ Romanorum Reges, prædecessores nostros, quadam ordinata consequentia rite & rationabiliter ac juxta debitam observationem sacri Romani Imperii in Romanos*	Deßelben Rudolfs Sun, Herzogen zu Oesterreich, Römischen Kunige, unsern Vorfahren ordenlichen recht und redlichen nach einander, nach billiger Gewohnheit und Behaldung des Heil. R. R. zu

perium, partes non postremas *Albertus* noster habuit, vid. HENR. STERO *ad ann.1297.p.577.* & *Annal. Colmariens. ad ann.1298.*

§. XXIII.

Satis etiam constat, *Albertum II.* ab *Alberto* nostro electum esse, cui jam ante designatum *Adolphum Nassovium* suffragium promisisse dicitur. Sane facile in partes *Alberti* transiit, cujus sororem in matrimonio habebat. In hac electione oppressum multitudine hominum fuisse *Albertum* nostrum, post CUSPINIANUM & FABRICIUM BECKMANNUS tradit *P.V.L.1.C.7.§.4.p.43.* sed quæ ea de re afferuntur, non ad *Albertum II.* sed ad fratris *Rudolphi* filium, *Alberti I.* nepotem pertinere censet STRUV. *Synt. Histor. Dissert. XXIV. §.12.* Ceterum *Johannem II.* Ducem Lauenburgicum in eligendo *Alberto* sibi quoque aliquas partes vindicare voluisse scribunt *von* AMBEER *l.c.p.30.* PFEFFINGER *l.c.p.1141.* *a* LUDEWIG *ad A.B.p.241.* qui concedunt tamen, prævaluisse *Alberti* causam, & reliquis Principibus Electoribus probatam fuisse.

Reges elegerit ad Imperatoriam celsitudinem promovendos, & post mortem ipsius Alberti *Romanorum Regis dum sacrum Imperium variis aliquamdiu fluctuaret erroribus* Rudolfus *quondam Saxoniæ Dux, dicti Ducis* Alberti *filius & moderni* Rudolfi *Saxoniæ Ducis pater (24) celebris ac reco-*

Römischen Kunigen gekorn hat, die darnach zu Kayserlicher Höhe und Würdigkeit gefürdert solten sein, und auch nach Deßelben Albrechts Röm. Kunigs Tode, da das Heil. Reiche etzwilang was in manigerley Irresalen, Rudolf etzwan Herz. zu S. des obigen Herz. Albrechts

§. XXIV.

Sequuntur electiones, quibus interfuit *Alberti II.* filius, *Rudolphus I.* ad quas antequam perveniat Imperator, varios errores memorat, quibus aliquamdiu Imperium fluctuaverit. Intelligere autem Imperator videtur conatus *Philippi* Regis Galliarum, qui in fratrem *Carolum* Imperatoriam dignitatem transferre conabatur, vid. VECERII *Histor. Henrici VII. ap.* VRSTIS. *P. II. p. 66.* & forte etiam dissensiones Electorum. Nam quamvis omnes in electionem *Henrici* conspirasse & *communiter concordasse* scribat *Auctor* GEST. BALDEWINI *L. II. C. 1. p. 112.* ALBERTUS ARGENTIN. *p. 115.* VECERIUS *l. c. pag. 67.* HENR. REBDORFF. *p. 601.* MUSSATUS tamen vix quaternis assensibus electum fuisse *Henricum* scribit, binis quidem *Trevirensis* & *Moguntini* ad id serio innitentium, binis autem, quos aliorum invidia eo diverterat, non tam votis, quam contemtibus *de Gest. Henrici VII. L. 1. Rubr. 4. p. 4.*

lendæ memoriæ, Dominum Heinricum *avum nostrum dilectum, cum suis Coelectoribus in Romanorum Regem elegisse dinoscitur, qui post eandem electionem adeptus fuit feliciter Imperatoriam*

Sun, und des nutzigen Rudolfs Herzogen zu Sachßen Vater gar seeliger und loblicher Ged. den allerdurchlauchtigsten Heinrich unsern lieben AnErn, mit andern seinen MitKurfürsten zu einen Römischen Künige gekorn

4. p. 4. (Edit. Burmann.) Sane alia prorsus initio inter Electores agitata fuisse consilia, apparet ex declaratione legatorum Brandenburgicorum, quam exhibet LEIBNIT. *Cod. Jur. Gent. Dipl. P. 1. n. 30. p. 50.* licet postea in Henricum consenserint. In hac autem electione suffragandi jure usum fuisse *Rudolphum I.* non utraque modo *Caroli* Bulla *Saxonica* confirmat, sed & ipsum Decretum Electorum, quod LEIBNIT. edidit. *Mantiss. Cod. Dipl. P. II. p. 252.* & declaratio legatorum Brandenburgicorum luculenter probat. In manifesto itaque errore versatur SPALATINUS, & qui eum sequuntur, dum *Henricum* a *Rudolphi* patre *Alberto II.* electum tradunt. Quod temporis rationibus non convenit, cum dudum ante electum *Henricum Albertum* decessisse constet, ut mirer, SCHURZFLEISCHIUM insistere vestigiis SPALATINI *ad vit. Alberti Animos. pag. 112. & pag. 152.* inprimis cum illum jam emendaverit HORTLEDERUS *d. C. B. G. l. c. p. 1500. lit. b. & g.* Elegit autem *Rudolphus* Dux Saxoniæ *pro se & suo nomine,* & signavit etiam literas ad Pontificem hujus electionis causa datas. vid. LEIBNIT. *Mant. l. c. p. 252. 253.*

 255.

dignitatem; cumque manifestissimum sit, & longe lateque lucidissime divulgatum nec in dubium un-

hat, und der nach seiner Kure selicklichen qvam zu Käyserlicher Würdigkeit; und weñ auch das gar offenbar ist, und verre weit und breite gefun-

255. Et quamvis *Woldemarus* Marchio Brandeburgensis se simul *Johannis* & *Erici* fratrum *Ducum Saxoniæ* nomine suffragari declaraverit, ipse tamen non aliter, quam *si de jure, vel de consuetudine repertum fuerit, eos in ipsa electione admittendos esse,* a se id factum esse testatus est. Sed nec rationem hujus suffragii habitam fuisse constat, *Rudolphi* contra jus ab omnibus agnitum nec in dubium vocatum est, quamvis plures protestationes interpositas fuisse scribat *a* LUDEWIG *ad A. B. T. XX. §. 3. pag. 241.*

§. XXV.

Pergit statim *Carolus* ad electionem suam, & data opera omittit, quæ eam intercesserunt. Nam *Ludovici Bavari* discors & dubia fuit electio, neque eam probaverat *Rudolphus, Friderici Austriaci* partes secutus, vid. ALB. ARGENT. *p. 118.* REBDORFF. *ad ann. 1314.* Itaque recte BZOVIUS scripsit, vix quatuor suffragatores *Ludovicum* habuisse; Quamvis enim diplomata, quæ HERWARTUS produxit *ad ann. 1314. p. 10. p. 22. p. 33. Ludovicum* a Duce Saxoniæ etiam electum esse ostendant, *Johannes* tamen *Lauenburgicus,* quem inter Electores commemorant, suffragandi potestate carebat. Quare commemorare hanc *Ludovici* electionem *Carolus* non potuit, quia

quam revocari valeat, quomodo etiam dictus Rudolfus *quondam Saxoniæ Dux, avunculus noster dilectus* moderni Rudolfi *Ducis Saxoniæ pater hoc felici nostro tempore (25) cum ceteris suis Coelectoribus, Principibus nos in Romanum Regem elegit solemniter, (26) sicut etiam post*

diget clerlichen und des auch niemand mer gezweiffeln mag, wie das der obgenandte Rudolf ezwen Herzog zu Sachßen unsir liber Oheim des nutzgen Rudolfs Herzogen zu Sachßen Vater bey unsern seligen Zeiten mit andern seinen MitChurfürsten uns zu einen Römischen Kunge hochwürdiglich gekorn hat, als wir auch nach seiner und andezer seiner MitChurFür-

quia nec legitimam eam censebat, nec *Rudolphus* ei interfuerat, quamvis postea assensum ei præstitisse videatur. Quod docent literæ Electorum anno 1338. scriptæ, quas idem HERWARTUS exhibet *p. 751.* ex quibus etiam apparet & ipsum Imperatorem *Ludovicum*, & omnes Electores, quorum nomina præscripta sunt, agnovisse eligendi jus ad *Rudolphum* nostrum & non ad alium Ducem Saxoniæ pertinere.

§. XXVI.

Inter eos, qui *Carolum IV.* elegerunt Imperatorem, fuisse etiam *Rudolphum* seniorem, ALBERT. ARGENT. REBDORFF. CUSPINIANUS aliique testantur, adde *Gesta Balduini L. III. C. 8.* Quamvis non opus sit testibus in re, quam manifestissimam & longe lateque lucidissime divulgatam esse ipse *Carolus* profitetur. *Ericus* Lauenburgicus, sive primus, quod CRANZ. *Sax. L. IX. C. 21.*

Lev. von AMBEER *p.31. lit. pp.* sive secundus, quod HORTLEDER. *l. c. n. 52.* contendit, *add.* BECMANN. *P. V. L. I. C. 8. §. 3. p. 50.* cum in hac electione nullas sibi partes relictas videret, *Eduardo* Anglo & *Friderico* Misnensi, vid. ALBERT. ARGENT. *p. 144. seqq.* & cum hi recusarent Imperium, *Güntbero* etiam Schvvarzburgico suffragium dedit. REBDORF. ad ann. 1348. Sed irritus hic conatus parum eorum causam adjuvat, qui Lauenburgicis jus eligendi vindicare cupiunt, conf. Ungrund des so genannten unumstößlichen Beweißes, der Schwartzburgischen Immedietät aus der Historie des zur Röm. Königl. Würde gewehlten Graf Günthers des XXIsten. *Rudolphus* contra constanter causam *Caroli IV.* secutus est, eandemque una cum aliis Electoribus & Principibus, inito foedere, contra *Güntberum* Schvvarzburgicum tuendam suscepit. Quod declarant tabulæ, quas integras subjiciemus. Wir Balduin von Gottes Gnaden Ertz-Bischoff zu Trier des Heiligen Römischen Reichs Ertz-Cantzler durch Wellische Land und in dem Königreich zu Arel bekennen und thun kund offentlich mit diesem Briefe, allen den die ihn sehen, hören oder lesen, wenn die Ehrwürdigen Fürsten und Herren Herr Walram zu Cöln, Herre Gerlache zu Mentz Ertz-Bischoffe und auch Wir mit denen Hochgebohrnen Fürsten und Herrn, Herrn Johannen Seeliger Gedächtnüß etwenn Könige zu Boheimb und mit Herrn Rudolffen dem Eltern Herzogen zu Sachsen den Aller-Durchleuchtigsten Fürsten und unsern gnädigen Herrn, Herrn Carl Römischen König zu allen Zeiten Merer

des

Coelectorum Principum electio- digkeit kommen, und von ge-

des Reichs und König zu Behem, zu einem Römischen König recht und redlich und einmüthiglichen erwehlt und gekohren haben, und der Hochgebohrne Fürst und Herre Herr Woldemar Marggrafe zu Brandenburg und zu Landesberg nach der Zeit und er zu seinen Landen kommen ist, in seine Stimme und Kor die er hat, als ein Marggrafe zu Brandenburg an der Wahl eines Römischen Königs mit guten Willen geben und an ihn gewannt hat, Darumb verbinden wir uns und habin uns verbunden mit dem vörgenannten unsern Herrn den Römischen König und König zu Boheim als mit einem Könige zu Bohmen und einen ChurFürsten des Reichs seinen Erben und Nachkommen an derselben Kor Königen zu Böhm und mit allen den vorigen ChurFürsten des Röm. Reichs und sonderlich mit den Hochgebohrnem Fürsten und Herrn Herrn Rudolff dem Jungern und Herrn Otten Gebrüdern Herzogen zu Sachsen, Hn. Albrechten und Herrn Woldemarn Fürsten zu Anhalt und Grafen zu Ascanie den unser vorgenannter Herr der Römische König von Königlicher Gewalt und von besundern Gnaden dem Anfall der vorgenannten Marcken zu Brandenburg und zu Lusitz mit der Stimme und der Kor die ein Marggraf zu Brandenburg hat an der Wahl eines Römischen Königs geben und verliehen hat, und mit allen andern Fürsten Geistlichen und Weltlichen Grafen Herren Freyen und Städten, die dem vorgenannten unsern Herrn dem Römischen König gehorsam und unterthänig zu seyn und die in denselben Verbindungen steen, und bleiben wollen, und geloben mit guten Treuen am Eydesstatt ohn Gefehrde, Das wir mit den vorgenannten Fürsten und Sie mit uns dem vorgenannten unsern Herrn

nem in Imperatorem Romanum sumus promoti & auspice Deo fe-	nedigen Angesichte Gotts seliclichen gekronet sein, als

Herrn dem Römischen König und unser ieglichen dem andern umb des vorgenannten Römischen Reichs und unser Churfürstlichen Recht, Ehre und Würde zu beherten und zubehalten, beholffin und berathen seyn wollin mit Leib und mit Guthe, und mit aller unser Macht wieder allermänniglich und sonderlich wieder Grafe Günthern von Schwartzburg, der sich des Reichs freventlich und zu Unrecht wieder unsern Herrn den vorgenannten und wieder den Stuel zu Rome wieder unser und des Reichs Rechte angenommen hat, und annimmet, und wieder alle sein Helffer und Gönner die er hat, oder noch gewinnen mag, unser Herre, Herr Karl der Römische König sey lebende oder todt, und bynamen geloben wir mit denen vorigen ChurFürsten und andern Korfürsten, und andern Fürsten, Grafen, Herren, Städten, als vorgeschrieben steht, daß wir weder den vorgenannten Grafen Günther noch niemand anders, wie er genannt sey, er sey gekohren oder würde gekohren bey unsers vorigen Herrn Leben, und wider ihn der sich des Reichs angenommen hat, oder annimmet, aufgerucket ist, oder aufgerucket wird, unser vorgenannter Herre sey lebende oder todt oder wo er sust von dem Reiche liesse, das GOtt nicht an wolle, einen Römischen König halten wollin noch sollen, noch Jn zo dem Reich neuins kiesen, oder unser Kor die wir haben an der Wahl eines Römischen Königs an in wenden, in keine Weiß, Auch geloben wir, were, das genannt einer oder mehr dann einer dem vorgenannten Grafen Günther oder ein andern der zum Könige aufgeruckt würde, beholfen wären und Jhn einen König halden und im helffen wolten, das wir des und der-

liciter coronati, prout omnia & singula hæc (27) multorum Prin- | dieselben Dinge alle und iezliches mit viel Fursten

derselben, ir weren viel oder wenig, offenbahr feind sein wollin und uns mit denselben nimmer verrichten noch sönen, es sey denne das si denselben ufgeruckten König aller Sache begeben, und bey uns geloben zu bleiben. Darnach geloben wir mit guten Treuen an Eydesstatt, als vorgeschrieben stet, das wir in diese Verbindnüß, Eyde und Gelübde bringen und nemen wollen alle die Fürsten Bischoffe Stiffte Capitel Grafen Herren Freyen Dienstmannen Stedte und ander Leuthe, so wir allermeiste mügen, die alle diese vorgenannte Stücke sweren sichern und geloben sullen gantz stet und unzerbrochen zu behalten, und darumb zu geben in sonderlich Briefe. Auch geloben wir für uns und unser Nachkommen, ErtzBischoffe zu Trier mit guten Treuen, an Eydes-Stadt daß wir alle die vorgenannten Stücke in aller Meinunge als vorgeschrieben steht, gantz und unverruckt haben und halten wollen, und darwieder nichts zu thun noch darwieder zu kommen heimlichen oder offenbahr in keiner weiß Mit uhrckund dies Briefs versiegelt mit unsern Insiegel der gegeben ist zu Cöln an den Reyn, nach Christi Geburth 1349 Jahr an dem nächsten Dienstag nach St. Valentins Tage.

§. XXVII.

In Bulla altera *Caroli IV. Francofurtensi* mentio quoque fit electionis *Wenceslai*, cui *Wenceslaus* Dux Saxoniæ, Sacri Imperii Archimareschallus & Princeps Elector interfuisse, & cum aliis Principibus & Coelectoribus dictum *Wenceslaum* Regem Bohemiæ, primogenitum *Caroli IV.* carissimum unanimiter & concorditer, nullo penitus reclamante, in Regem Romanorum elegisse dicitur.

cipum & fide dignorum testimoniis firmissime sunt fulcita. Ideo præfati Rudolfi *moderni Saxoniæ Ducis, Sacri Im-*

und ander den zu gelauben ist Geczeuknuzz vestiklich sein bestetiget. Darum so haben wir angesehen und fleizziglich gewogen,

Ad eandem electionem provocat etiam Bulla *Sigismundi*, quam anno 1414. *Rudolpho III.* concessit: und auch fleissig betrachtet, wie daß auch der Hochgebohrne etwa Wenzlav Herzog zu Sachßen, des vorgenannten iezigen Herzogen Rudolphs Vater, den Aller Durchlauchtigsten Herrn Wenzlav Künig zu Behem unsern lieben Bruder als eyn Herzogk zu Sachßen und des H. R. Reichs Ertz Marschalck und Kur Fürst mit andern seinen Mit Kurfürsten und sie mit yhm, zu Römischen Künigen gekoren haben. Quod & acta electionis a LEIBNITIO edita, & inprimis literæ *Caroli IV.* ad Pontificem *Gregorium* datæ, vid. *Mantiss. Cod. Jur. Gent. p. 265. seq.* confirmant, add. literas *Wenceslai* Saxon. Ducis ad eundem Pontificem, quas exhibet STRUV. *Synt. Hist. Germ. Dissert. XXVII. §. 29. p. 919.* Hujus *Wenceslai* filius *Rudolphus* una cum aliis Electoribus, post obitum *Ruperti* Imperium ad *Sigismundum* detulit, cujus rei ipse Imperator in ea, quam antea citavimus Bulla, luculentus testis est, dum omissa *Ruperti* electione se a *Rudolpho* electum profitetur: und wie auch darnach derselbe izige Rudolff mit andern seynen Mit Kurfürsten und sie mit Jn in kurtz vergangenen Zeiten, uns zu Römischen Künige gekoren haben, ut, si verum est, quod GOBEL. PERSON. tradit *æt. VI. cap. 90.* Saxoniæ Ducem ad hanc electionem non venisse, satis tamen constet, ipsum ei consensum præstitisse.

§. XXVIII.

perii Archimareschalli & Principis Electoris avunculi nostri dilecti tam claro manifestoque & notorio jure considerato, inspecto & pensato diligentius (28) quodque præfati Albertus & Rudolfus *quondam Saxoniæ duces avus & pater ejus diuturna temporum præscriptione habuerunt, & possederunt legitime, prout etiam ipse in præsenti ad instar eorum ex successione paterna & hereditaria habere dignoscitur,*

das clare, offenbahre und kuntliche Recht, des nuygen **Rudolffs**, Herzogen zu Sachsen, des Heil. R. ErzMarschalcks und Kurfürsten, unsers lieben Oheimbs, und das auch die vorgenannten **Albrecht** und **Rudolff** ezwen Herzoge zu Sachßen sein Anherre und Vater von langen Jahren, und Zeiten gehabt han und besezzen, recht und redlich, als er auch gleicher weiß, als sie von väterlicher, und erblicher Besitzung gegenwartiglichen, recht und redlich hat und besitzet, an der Kure eines Römischen Kunigs der zu Kayserlicher Würdigkeit gefurdert

§. XXVIII.

Testimonia Electorum, quæ *Rudolphus I.* ann. 1356. impetravit, commemoravimus §. VI. ea quoque, quæ *Wenceslaus* ann. 1376. & *Rudolphus III.* ann. 1414. obtinuit, allegavimus §. IX. De *Rudolpho II.* non satis constat, utrum similes literas acceperit. Forte iis sibi opus non esse credidit, & sufficere existimavit eas, quæ patri paulo ante a ceteris Electoribus datæ fuerant, assensum tamen Electores Ecclesiasticos & Seculares huic Bullæ nostræ præbuisse, diserte tradit Imperator. Provocat deinde ad manifestum & notorium jus, atque ad diuturnam

& justo titulo possidere in electione Romani Regis in Imperatorem promovendi; sano venerabilium ecclesiasticorum & illustrium secularium Electorum Principum Sacri Imperii consilio & assensu accedente, nec non aliorum plurimorum ecclesiasticorum & secularium Principum, Comitum, Baronum, Procerum & Nobilium, fidelium nostrorum communicato consilio, volentes auxiliante Domino futuris obviare periculis & erroribus, ac materiam succidere & tollere omnium dubiorum, in eo videlicet, qvod jus, vox, dignitas & potestas eligendi Romanum Regem moderno Rudolfo *Saxoniæ Duci Sacri Imperii Archimareschallo & Principi Electori, avunculo nostro dilecto here-*

werden soll, und haben mit nutze Rathe der Erwürdigen Geistlichen, und der Hochgebohrnen weltlichen des Heil. Reichs Kurfürsten, und mit ihren guten Willen und auch mit viel ander geistlicher Fürsten, Grafen, Freyen, Herren und Edelen, unserer getrewen Rate, wollende mit Hilfe Gottes künfftigen Schaden und Irrsalen begegnen, und auch allen Zweyvel und Hindernuß benehmen, sunderlich doran, das die Stimme, das Recht, die Würdigkeit und der Gewalt zu kyesen einen Römischen Künig den nuygen **Rudolff** Herzogen zu Sachsen, des Heyl. Röm. R. Erzmarschalcke und Churfürsten, unsern lieben Oheim seine eligen Erben und Nach-

temporum præscriptionem, cujus initium ab electione *Rudolphi* & ab anno 1273. repetendum est. Antiquiora enim electionum exempla ad hanc rem non pertinent, & data opera a *Carolo IV.* prætermissa sunt, cujus rei causam §. XVII. indicavimus.

§. XXIX.

dibus & successoribus suis legitimis (29) illæsa perpetuo ac incommutabilia permaneant, illibataq; & irrefragabilia con- kommen ewiclich, unverseret, unverkeret, ungemeylet, und unzerbrochen behalten werden, setzen und gebiethen wir

§. XXIX.

Dum *jus, vocem, dignitatem & potestatem* eligendi, die Stimme, das Recht, die Würdigkeit und die Gewalt, *Rudolpho* tribuit Imperator, ostendit non modo in possessione suffragii eum constitutum esse, sed & jure suo hac potestate uti, atque adeo & in possessorio & in petitorio causam hanc definit, insimulque *Rudolpho* confirmat privilegia & prærogativas, quæ Electoribus præ ceteris Principibus competunt. Cumulavit autem hæc nomina, ut enixam voluntatem declararet, omnia jura Electoralia *Rudolpho* nostro concedendi. In inferiore nostrarum tabularum parte juri, voci & potestati additur *auctoritas*, nulla facta *dignitatis* mentione, sed res ipsa docet, diversa appellatione eandem rem designari, conf. *Bulla Francof.* & utraque *Sigismundi* Saxonica & Palatina, add. *Aur. Bull. cap. VII. §. 2.* Per *heredes & successores* legitimos, Erben und Nachkommen, liberos & descendentes masculos, die Lehns-Erben, intelligi, monet FREHER. *ad Bullam Sigismundi p. 573.* atque potest sane hoc sensu vox successoris accipi, cum ipse *Rudolphus* in his quoque literis heres & *successor* legitimus patris sui appelletur; nihil tamen prohibet, quo minus successorum nomine etiam collaterales complectamur. Legitimi heredes, die ehelichen Erben, dicuntur non omnes,

serventur, statuimus & Imperiali sancimus edicto, *perpetuis temporibus valituro, decernimus quoq; & declaramus ex certa scientia & de* plenitudine Imperatoriæ *potestatis, quod ante dictus* Rudolfus *Saxoniæ Dux avunculus noster dilectus* & nemo alius præter eum (30) *velut Saxoniæ Dux Sa-*

mit Kayserlichen Geboth, das in ewigen Zeiten tuglich seyn soll, Ouch erkennen wir und leutern mit rechter Wizzen und mit Vollenkommenheit Kayserliches Gewaltes, daß der obgen. Rudolf Herz. zu Sachßen unser lieber Oheim und niemand anders, ane im, als ein Herzog zu

---

qui ex justo matrimonio nati sunt, (ehelichе Leibes Erben) sed ii, quos lex ad successionem vocat, atque adeo masculi soli, non fœminæ. Laicos quoque tantum intelligi, clericos excludi ex §. & *ne inter heredes*, & ex *Bulla Francofurtensi*, & utraque *Sigismundi* apparet, add. Struv. *S. J. P. Cap. XVI. §. 23. p. 762.* ibique Steron. *Contin.*

§. XXX.

Quam hoc loco Imperiale *edictum* dicit Imperator Bullam nostram, eandem inferius *infeudationis, auctorizationis, approbationis, ratificationis, & confirmationis* paginam vocat; *Francofurtensis* Bulla cumulatis elogiis *pronunciatio*, etiam, *Decretum, Statutum, Declaratio & Sanctio* appellatur. Vix tamen est, ut ad edictum referri possit, si notionem hanc ad eas constitutiones restringas, quæ Jure Romano inprimis ita dicuntur. Addit Imperator *de plenitudine Imperatoriæ potestatis* hæc sancita & decreta esse, mit Vollenkommenheit Kayserliches Gewaltes. Neque

cri Rom. Imperii Archimareschallus verus & legitimus Princeps Elector existat, sibique competat, prout vere competit, vox, jus, auctoritas & potestas eligendi in electione Romanorum Regis, quotiens emerserit ad Imperatoriam majestatem promovendi, eo præcipue, quod sibi velut vero heredi & successori legitimo post obitum sui patris Ducatum & Comitatum

Sachßen, des Heil. Röm. Reichs Ertzmarschall ein rechter und redlicher ChurFürst sein soll, als er auch ist von Rechte, und daß im gebüre, als im auch gebürt, die Stimme das Recht Macht und Gewalt zu kyesen, an der Kure und Wahle eines Röm. Künigs wie offt sich die gebüeret, zu Kayserlicher Allmechtigkeit zu furdern, darum forderlich, daß wir im als einen waren Erben und einen eligen Nachkommen nach dem Tode seines Vaters

que tamen dissimulat, consilio & consensu Electorum aliorumque Principum accedente ita constitutum fuisse, conf. FREHER. *ad Bullam Sigismundi p. 570.* Ceterum hoc edicto non tantum *Rudolphum* nostrum verum & legitimum Principem Electorem esse declarat, sed & ei soli hoc jus asserit, & *neminem alium præter ipsum*, hoc eligendi jus sibi arrogare debere sancit. Quo ipso non tantum Lauenburgicos, sed & *Rudolphi* fratrem, & fratris filium, *Albertum*, ab omni electionis consortio excludit, & primogenituræ jus *Rudolpho* ejusque posteris confirmat.

§. XXXI.

§. XXXI.

In Bulla *Wenceslai* post Ducatum *Principatus* fit mentio, & constituitur, *Wenceslai* heredes & successores legitimos Ducatum, *Principatum*, & Comitatum Palatinum Saxoniæ obtinere debere. Quo loco per Principatum forte *Ducatus Lunenburgensis* innuitur. Neque enim probabile est, ad Saxoniam, aut Electoralem dignitatem designandam, hanc appellationem pertinere. Quam conjecturam adjuvat Bulla *Sigismundi*, quæ commemorat die Herzogthum, Fürstenthum und Pfalz-Grafschafft zu Sachsen und Lüneburg, ubi Ducatus & Comitatus Palatini titulum ad Saxoniam, Principatus ad terras Lunenburgenses refero. Neque enim geminum hic *Palatinatum* alium Saxonicum, alium *Lunenburgensem* commemorari puto, quamvis Lunenburgenses Duces titulo Com. Pal. Sax. aliquando usos esse constet, vid. *Præs. Opusc. Jur. Publ. T. III. S. 1. §. 7.* ibique SPANGENBERG. & LEIBNIT. add. REHTMEIER. *Chronic. Lunenburg. p. 530.* qui diploma exhibet anni 1313. in quo *Henricus, Alberti* filius dicitur ein Herr des Palanzes tho Saßen. Ceterum ex hac Bulla & magis etiam ex altera Francofurtensi apparere, *Comitatum Palatinum Saxoniæ* Archimareschalliæ & Electoratui Saxonico ita conjunctum esse, ut soli Electori proprius sit, non cum reliquis Ducibus communis, monuit idem *Præs. d. l. §. 11. lit. a. b. c. e.* Atque hoc Bulla quoque *Sigismundi* luculenter pro-

(32) *Archimareschalliam* lenz Graffschafft zu Sachßen und das *Sacri Imperii nec non* Marschalck Amt des Heil. Reichs,

probat, cujus verba, quæ huc pertinent, adjiciemus: allewege der eldeste solche Recht, Stimme, Wirdigkeit und Macht zu kiesen einen Röml. Königk, künfftigen Kayser, und auch die Herzogthumb, Fürstenthumb, Pfaltz-Graffschafft zu Sachßen und Lüneburgk und auch das Ertz-Marschall Amt des H. R. Richs mit allen und iglichen Jren Herschafften, Eren, Rechten, Wirden, Privilegien, Friheiden, und Zugehörungen, zu ewigen Zeiten haben und behalden, von veterl. und erblicher Nachfolge, vß Ordnung der Geburth, als oben beröhrt ist. Equidem Celeb. STRUV. regerit, Aur. Bull. hanc jura Marchionum Misniæ abolere non potuiſſe. Sed de eo jam non ſumus ſolliciti, cum nobis ſufficiat demonſtraſſe, Bullas has *Caroli* & *Sigiſmundi* evidenter declarare, Palatinatum Saxonicum non ad omnes Duces Sax. pertinere, ſed Electoratui & Archmareſchalliæ cohærere. Quare nec ſententiæ noſtræ obeſt, quod addit idem *Vir Cl.* in ipſa Bulla noſtra terras Electoratui nexas, atque hereditarias diſtingvi. Eo enim, ad quem provocat, loco non Palatinatus Saxonicus Electoratui, ſed *habitioni & regimini vocis*, juris, auctoritatis, & poteſtatis in electione Rom. Regis Principatus & Ducatus, adeoque ipſæ etiam terræ, quæ ad Electoratum pertinent, opponuntur.

§. XXXII.

Hoc quoque tabulæ noſtræ nos docent, *Rudolphum II.* non demum anno 1363. vid. STRUV. *l. c. §. 20. p. 910. & de Offic. Imp. Sax. S. I. §. 19. n. 10. p. 80.* ſed jam in comi-

omne jus devolutionis Du- und auch alles Recht des Anfalls

tiis Metensibus de Palatinatu Saxonico, post obitum patris *Rudolphi I.* investitum fuisse. Utrum etiam *Rudolphus I.* investituram hanc obtinuerit, non satis constat, quamvis *comitias in Bren & Wittin* jam ann. 1290. a *Rudolpho* Imper. ei collatas esse indubitatum sit vid. Struv. *Synt. Hist. Diss. XXIII. §. 28. p. 752. & Diss. de Offic. Imp. Sax. S. 1. p. 96.* Sed nec ante hanc Bullam nostram, aut Albertum, aut Rudolphum I. & II. titulo Comitis Palatini usum esse, observavit *Præs. Opusc. Jur. Publ. T. III. S. 1. §. 12. lit. a. p. 16.* post eam & *Rudolphus II.* & *Wenceslaus* & *Rudolphus III.* & *Albertus III.* sæpius eum suis elogiis inseruerunt. Diplomatibus, quæ *Præs.* commemoravit *l. c. lit. c. d. p. 17.* addimus literas *Rudolphi II.* ann. 1370. ap. Ludew. *Reliqv. MSS. T. I. p. 372. VVenceslai* ann. 1386. *ap. eund. l. c. p. 418. n. 291.* & alias ineditas, Wie Herzog Wenzlau von Engern, Westphalen, Lüneburg, Sachßen, Pfaltzgrafe zu Sachßen, Graf zu Bren und Burggraf zu Magdeburg, Erzmarschall, und Landgraf Balthasar zu Döring sich zusammen gefreund und Herzog Rudolphen seinen Sohn Frauen Annen, Landgraf Balthasars Tochter zu der Ehe gegeben hat ann. 1379. *Rudolphi III.* ann. 1394. quarum meminit Struv. *Synt. Jur. Publ. Cap. XX. §. 17.* & quas integras exhibet Ludew. *l. c. n. 297. p. 429.* & alias ann. 1415. ap. Freher. *ad Bull. Sigism. p. 571.* & ex ineditis literas, quibus *Rudolphus*, Dux & *Comes Palat. Sax.* Sacri Romani Imperii Archimareschallus, incorporat conventui sanctimonialium claustri sui *Plosick* villam dictam *Dannekovv*, jure tamen

catus Lunemburgensis (33) des Herzogthums zu Lünenburg

men *superioritatis*, tuitionis & dominii sibi & successoribus suis, Ducibus Saxoniæ, reservato. dat. *VVittenberg.* ann. 1392. atque alias, quibus idem *Rudolphus*, Angariæ, Westphaliæ, Saxoniæ & Luneburgensis Dux, *Comes Palat. Sax.* Comes Brenensis, Burggravius Magdeburgensis, ac Sacri Rom. Imperii Archimareschallus appropriat monasterio sanctimonialium in RYSSOW bona quædam & census in villa *Nuvvenvvalde*, &c. dat. *VVittenberg.* ann. 1395. Dom. prox. post fest. Petri & Pauli.

§. XXXIII.

Progredimur nunc ad jus *devolutionis* Ducatus *Luneburgensis*, cujus investituram non minus, quam paternarum ditionum, *Rudolpho II.* se dedisse *Carolus IV.* profitetur. Bulla Germanica recte exprimit: alles Recht des Anfalls des Herzogthums zu Lüneburg, das uns gebühret ꝛc. Sunt qui existiment, *Wilhelmum* Ducem Luneburgensem, *Albertum, Ottonis* Ducis Saxon. filium, suum ex filia *Elisabetha*, quæ *Ottoni* nupserat, nepotem sibi destinasse successorem, *Carolum IV.* Imperatorem pacta etiam, quæ *Alberti* jus tuebantur, confirmasse. Vid. LEIBNIT. *Introd. in T. III. Scriptor. Brunsvic. n. IV. p. 6.* SCHURZFLEISCHIUS addit *Carolum IV. Alberto, Ottonis* filio Ducatum Luneburgicum lege beneficiaria, contulisse, & ad fidem *Chron. veter. Sax.* & *Chron. Brunsvic.* provocat, *Diss. de Alberto III. p. 153.* Postea defuncto *Ottone* mutasse *Wilhelmus* consilia dicitur, & *Ludovicum, Magni* fi-

 lium,

quod nobis competit, vel quomodolibet competere posset in futurum, cum omnibus &	das uns gebühret, oder in eine weis gebühren möchte in künfftigen Zeiten mit allen und ieden ihren

lium, cui alteram filiam, *Mathildam*, in matrimonium dederat, promisisse successionem. Vid. Rehtmeier. *Chron. P. III. C. 48. p. 637.* qui tabulas conventionis ann. 1355. initæ allegat. Quod in medio relinquimus, cum rationibus Bullæ nostræ vix conveniat. Ex hac enim patet, *Carolum IV.* nulla pacti, aut cognationis facta mentione, ad solum devolutionis jus provocare, & *Rudolphum II.* ipsiusque heredes, & his deficientibus, fratrem ejus seniorem, ejusdemque primogenitum, atque post hos demum *Albertum, Ottonis* filium, *VVilhelmi* Luneburg. Ducis nepotem, ad successionem hujus Ducatus vocare. Sed & postea, cum intervertere jus hoc succedendi *VVilhelmus* conaretur, *Rudolphus* noster eum in jus vocavit, atque sententiam obtinuit, qua in possessionem Ducatus Luneburgici missus est. Vid. Urthels-Brief *Johannis* BurgGrafen zu Magdeburg, Kayser Carls Hoff-Richters, daß Hertzog Rudolph von Sachßen mit Recht erlanget hat das Herzogthum Lüneburg, mit aller Zubehörung, wieder Herzog Wilhelmen, Dat. ann. 1363. an der Heil. Apostel Tage, alß sie in der Welt zersandt worden. Eodem anno proscripsit *Carolus IV. VVilhelmum* Luneburgicum, quod docent literæ, hoc anno datæ, ex quibus, quæ ad rem pertinent, subjiciemus: Wir Carl von Gottes Gnaden Römischer Keyser rc. tun kunt mit dießen Brieve, das wir zu Achte gethan haben zu Spremberg des nechsten Sunnabendes nach Sant Margrethen Tage den Hochgebohrnen Wilhelm

singulis eorum Principatibus, *terris, dominiis, proprietatibus,* vasallagiis, *& universis ac*

Fürstenthumen, Landen, Herrschafften, Eygenschafften, Lehnschafften, Mannschafften und

---

helm, Herzogen zu Lüneburg von des Hochgebohrnen Rudolfen Herzogen zu Sachßen, des Hiligen Reichs Erzemareschallken, unsers lieben Oheim und Fürsten Clage wegen, der dieselben Achte uff yn vor vnserm und des Hiligen Richs HofGerichte erclaget hat, als Recht ist. Davon gebieten wir uch allen von Gerichte wegen vnd von vnser Keiserlichen Macht, das ir dem egenanten vnsern Oheim vff des obgenanten Echters Leib und Gut behulffen syt, als dicke das an uch geuordert wirdet, und ouch denselben Echter wedder huset heget, noch fürdert in kheine wyß &c. Post obitum *VVilhelmi, Carolus Rudolphum* denuo, ejusdemque fratrem, *VVenceslaum*, & fratris filium, *Albertum*, de Ducatu *Luneburgico* ann. 1370. investivit, eodemque anno occuparunt Ducatum hunc *VVenceslaus* & *Albertus*, & civibus, præstito homagio, privilegia confirmarunt, vid. *Tabulas Confirm. ap.* REHTMEIER. *l. c. p. 644.* Inde funestum bellum ortum est, *Magno*, Duce Luneburgico, contra Saxones arma capiente. Sed Saxonum causam non parum juvabat *Carolus IV.* qui & sententia ann. 1372. lata Ducatum Luneburgicum *VVenceslao* & *Alberto* adjudicavit, & *Magnum* banno percussit. vid. *Chron. Luneburg.* ap. LEIBNIT. *T. III. p. 186. & Narrat. Veter. de Duc. Magni fatis, ap. eund. l. c. pag. 220.* Ex hoc tempore *VVenceslaus* & *Albertus* sæpius usi sunt titulo Ducis Sax. & Luneburg. Memorabile Diploma est, quod exhibet REHTMEIERUS l. c. p. 653. cui præscriptum est elogium:

singulis pertinentiis, libertatibus, *juribus & utilitatibus, in qvibuscunque consistant, quibusve specialibus nominibus valeant nuncupa-*

allen und ieglichen ihren Zugehörungen, Freyheiten, Rechten und Nuzen, woran die seyn, oder wie man sie mit sunderlichen Namen und Worten benennen mag,

Nos Wenceslaus & Albertus, Dei gratia, Duces Saxoniæ & Luneburg. Sacri Imperii Romani Electores. *Dat. Luneborg ann. Dom. 1373. d. XXV. Novembr.* (a) Anno 1376. *Carolus IV.* edita Bulla Saxon. Francofurtensi *VVenceslao* & *Alberto*, eorumque heredibus & legitimis successoribus iterum dedit, contulit, concessit, & donavit Ducatum & Principatum hunc *Luneburgensem* cum omnibus & singulis *terris, civitatibus, castris, oppidis, fortalitiis, dominiis, proprietatibus, vasallagiis, juribus, jurisdictionibus, usibus, utilitatibus, fructibus, reditibus, proventibus, emolumentis, libertatibus, usufructibus, attinentiis, appendicibus & pertinentiis universis*, eodemque anno Rex *VVenceslaus VVenceslao* Duci privilegia utriusque & Saxonici & Luneburgici Ducatus confirmavit. Idem *Rudolphum III.* anno 1388. de Ducatu Luneburgico investivit. Sunt, qui tradunt, postea anno 1389. & 1390. transactione finitam esse causam, atque Saxones juri suo renunciasse. Vid. SCHURZFLEISCH. *de Vitric. Eccles. p.17.* BUNTING. *l. c. p. 669. & 671.* *Sigismundus* tamen *Rudolpho III.* ann. 1414. Ducatus hujus investituram

(a) Alias literas, quæ eundem titulum præferunt, exhibet LEIBNIT. *T. II. p. 392. n. XI. dat. Luneburg. 1382, d. 24. Julii.*

ri, (34) adhibitis ceremo-	mit zimlicher und gewenlicher

ram conceſſit, quod Bulla Saxon. quæ hoc anno data eſt, confirmat. Credibile eſt etiam, *Albertum III.* inveſtituram hanc impetraſſe, titulo certe Ducis Luneburgici non minus, quam *Rudolphus III.* uſus eſt, quod literæ, quæ ann. 1419. 1420. 1421. ab eo ſcriptæ ſunt, teſtantur.

§. XXXIV.

Quos hic *Principatus Carolus IV.* commemoret, dictu difficile eſt, niſi Ducatuum appellationem ad dignitatem referamus, Principatuum ad terras. Sane in altera *Francofurtenſi,* & in *Sigismundi* Bulla Principatuum nulla fit mentio. Dominia dicuntur in Bulla Germanica, Herrſchafften, Proprietates, Eigenſchafften, Vaſallagia, Lehnſchafften, Mannſchafften. Conſentit utraque *Bulla* Germanica *Sigismundi Saxonica* & *Palatina*, niſi quod omiſſo vocabulo, Lehnſchafften, Vaſallagia reddat Mannſchafften. Et videtur omnino abundare vox Lehnſchafften, & adſcripta eſſe, quod iis, quibus tabulas authenticas inſpicere licet, inveſtigandum relinquimus. Ad *Libertates* (Freyheiten) FREHER. jus dandi tutorem refert, forte præter mentem Imperatoris, *ad Bull. Sigism. Palat. p. 573.* Poſt libertates ſeqvuntur *honores*, die Ehren, in Bulla *Francofurtenſi* & *Sigismundi.* Ad jura ſine dubio & Vicariatus jus pertinet, quod ipſa *A. B. tit. V. §. 2.* Ducatui Saxon. cohærere declarat. *Inſigne* feudum Bulla Germanica exprimit: ein über edel Lehn. Forte idem hoc loco eſt, ac feudum *vexillorum.* In Saxonica *Sigismundi* expreſſa vexillorum fit

men-

niis debitis & consvetis in civitate Metensi in omnium Electorum ac aliorum plurimorum Principum, Comitum, Baronum, Procerum & Nobilium præsentia in feudum *nobile &* insigne *contulimus & ipsum solemniter investivimus de eisdem, ipse quoque in die nativitatis Christi, in præfata civitate dum solemnem Imperialem nostram celebraremus curiam (35) in reverendissimi in*

Zierheit in der Stadt zu Metz, in Gegenwärtigkeit aller Chur-Fürsten und viel anderer Fürsten, Grafen, Freyen, Herren und Edlen, zu einem Edelen und überedlen Lehen gelehen haben, und haben ihn auch zierlich gekleidet mit denselben, auch hat er an den heiligen Christ-Tag in der obigen Stadt Metz, da wir unsern zierlichen Käyserlichen Hof mit Schönheit begingen, in Gegenwärtigkeit des Allerwürdigsten Vater in Gott und Herrn von

mentio, die wir im an diesen heutigen Tagk alhier zu Ach zu rechten Lehn genediglich geliehen haben, vnd die ehr als das gebühret, mit sonderl. Fahnen und Panieren von uns zu Lehn empfangen hat. Atque hic est ille *debitus solennitatis honor*, cujus etiam in aliis investiturarum literis fit mentio. vid. LEIBNIT. *Cod. Diplom. P. I. no. 64. p. 130.* Cetera investiturarum solemnia commemorare, non est hujus loci, conf. LÜNIG. *Theatr. Cerem. T. II. C. 24. p. 945. seqq.* add. *Præf. Opusc. Jur. Publ. T. II. S. 1. p. 77. seqq.*

§. XXXV.

De solennitate, quæ ipso die nativitatis Christi celebrata fuit, videri potest REBDORFF. *ad an. 1356. ap.* FREHER. *Tom. I. p. 641.* & ALBERT. *Argent. ad eund. ann. p. 164.*

Christo Patris Domini Petragorizen. sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, illustris Caroli *Ducis* Normandiæ & *aliorum multorum Principum ecclesiasticorum & secularium præsentia*

Pergor der Heiligen Römischen Kirchen Cardinals, und des Durchlauchtigen Carls, Herzogen in Normandie und viel ander Geistlicher und weltlicher Fürsten nach Schuld seines Ambts als auch ander ChurFürsten vor un=

p. 164. qui singulos Principes Electores & officiales, seu ministrales Imperii Imperatori in officio seu ministerio proprio ministrasse scribit. BENESSIUS, quem post CZECHERODIUM allegavit *a* LUDEWIG. *ad A. B. Tit. 24. §. 1.* refert, imprimis *venisse Rudolphum* nostrum, *Ducem Saxoniæ & Archimareschallum, & in magno dextrario portasse avenam in vase argenteo pro equis imperialibus.* Add. WENCKER. *apparat. Archiv. p. 403.* ubi exhibet Schreiben der Stadt Straßburg erbaren Boten an ihre Obere aus Metz die Johann. Evang. das convivium imperiale betreffend. His solennibus interfuisse reverendissimum in Christo Patrem, Dominum *Petragorizen.* sacrosanct. Rom. Eccles. Cardinalem, *Bulla* nostra tradit. Hic in exemplo Aureæ Bullæ, quod ex autographo *Francofurtensi* edidit THULEMARIUS *Cap. XXIV. §. 1. Theodericus,* Episcopus *Albanensis,* in altero, quod ex Codice Vindobonensi idem adjecit, Dominus *Thomas*, Episc. *Alban.* dicitur. In versione Germanica utraque, & Vindobonensi & Francofurtensi, nomen plane omittitur. Non improbabile est, in authentico scriptum fuisse Th. vel T. ex quo alii, nescio quem Theodericum aut Tho-

juxta sui officii debitum velut ceteri Electores Principes coram nostra Majestate	ser Majestät zierlich und mit billiger und ziemlicher Schönheit gedienet, als er auch thun solte.

mam effinxerunt. Legi autem debet *Talarandus.* Ex vitis enim *Papar. Avenionens.* a BALUZIO editis *pag. 359.* constat, *Talarandum Petragorizensem*, & *Nicolaum Capocii*, Cardinales, hoc anno tanquam Nuntios Apostolicos missos fuisse ad pacem aut treugam inter reges Franciæ & Angliæ conciliandam. Vitam hujus *Talarandi*, Comitis *Petragorizensis* pluribus exponit BALUZIUS *l. c. p. 170. seqq.* qui anno 1301. eum natum, anno 1331. Cardinalem creatum, & anno 1348. Episcopum Albanensem dictum esse tradit. add. VGHELL. *Ital. Sacr. T. I. p. 269. n. 54.* Comitiis eum Metensibus interfuisse, etiam SPONDANUS & RAYNALDUS *ad ann. 1355.* commemorant. Post *Petragorizensem*, quem alii *Peragotsium*, Bulla nostra Germanica den Herrn von Pergor vocat, solennia hæc etiam præsente Illustri *Carolo* Duce *Normandiæ* peracta esse Bulla nostra docet. In Aurea, quæ præ reliquis ita dicitur, Bulla, Tit. XXIV. §. 1. *Carolus* Regis *Franciæ* primogenitus *Normandiæ* Dux illustris, & Delphinus Wienensis dicitur, quem titulorum ordinem suspectum sibi videri scribit a LUDEW. *ad dict. Tit. p. 346.* Eundem tamen servant exempla *Aur. Bull.* latina & germanica a THULEMARIO edita, idemque præscriptus est tabulis fœderis, ab hoc *Carolo* Normandiæ Duce *Metis* ann. 1356. Mens. Decembr. initis, quas exhibet BALBINUS *Miscell. Histor. Dec. I. L. VIII. Vol. I. Epist. LIX. p. 72.*

§. XXXVI.

ceremonialiter & ea decentia, prout tenebatur facere, ministravit. Et ne inter heredes & successores ipsius eo defuncto, super jure hujusmodi dubitationum, quæstionum aut litium exurgant materiæ temporibus affuturis, decernimus & Imperiali statuimus edicto, quod post ejus obitum primogenitus (36) filius ipsius, vel

Auch durch das zwischen seinen Erben und Nachkomen nach seinem Tode um sulche Recht keheinerley Zweifels, Zweihung oder Krieges Materie erwecket, oder empfenget werden in künfftigen Zeiten, erkennen wir und setzen **das mit Kayserlichen Gebothe, das nach seinem Tode sein erstgebohrner Sun, oder ob der abginge, eer das er Süne gewinne, sein**

§. XXXVI.

Constituit hoc loco *Carolus IV.* aut confirmat potius primogenituræ jus inter posteros *Rudolphi II.* Agitur enim hic de jure succedendi eorum, qui a *Rudolpho* descendunt, inter quos primogenituræ & lineali successioni locum relinquit ipse etiam GOLDASTUS *de Majoratu L. II. C. 13.* & *de jure repræsentat. in Primogen. n. 34. p. 392.* conf. *Aur. Bull. Tit. VII. §. 2. T. XXV. §. 3.* Itaque inter descendentes nepos ex primogenito sine controversia præfertur filio secundo genito, & nepos ex secundo genito, filio, qui tertio loco est genitus. Plenius & clarius hæc explicat Bulla altera *Caroli IV.* Francofurt: *Et ne inter heredes & successores ipsius, eo defuncto, super jure hujusmodi, futuris temporibus, dubitationum, quæstionum, seu litium, quævis materia oriatur, decernimus, statuimus, & præsenti Imperiali sancimus Edicto in perpetuum valituro, quod post dicti*

eodem decedente antequam filios procrearet secundogenitus seu senior ordine geniturae, laicus dun-	andergebohrner oder altister Sun, nach Ordnung der Naturen, der ein Leye sey, soll im nachfolgen in

Wenceslai *Saxoniae moderni, & Luneburgens. Ducis obitum, primogenitus ejus filius, & post primogeniti ejus obitum, ejusdem primogeniti senior filius ex ordine geniturae, & sic deinceps a seniore filio descendentes, ex ordine geniturae semper senior: Si vero primogenitus Ducis* Wenceslai *praefati decesserit, masculini sexus, Laicis duntaxat, legitimis haeredibus non relictis, ex tunc secundo genitus filius* Wenceslai *Ducis praedicti, & post obitum ejus secundo geniti filius senior, Laicus; & si secundo genitus sine heredibus legitimis, masculini sexus, Laicis, decesserit, tertio genitus dicti* Wenceslai, *& senior ejus filius Laicus, post mortem ipsius; & deinceps per talem modum, directa linea geniturae descendentes ab eo, Laici duntaxat, jus, vocem, dignitatem & potestatem eligendi Romanorum Regem promovendum in Imperatorem & officium Mareschalliae, cum omnibus & singulis suis dominiis, honoribus, juribus, privilegiis, dignitatibus & pertinentiis, perpetuis temporibus obtinebunt, per successionem hereditariam & paternalem, ut praemittitur ex ordine geniturae.* Ceterum nec in hac *Francofurtensi*, nec in priore *Metensi* Bulla *Saxonica* Imperator provocat ad communem illam, quae prae reliquis *Aurea* vocatur, *Bullam.* Ex quo conjicit Ludewig, hujus Bullae exiguam etiam eo tempore, quo Francofurtensis Saxonica data est, fuisse auctoritatem. Quod, sicuti in medio relinquo, ita ex hoc loco confici posse non puto. Nam prior Bulla Saxonica eodem tempore, quo Bulla Aurea prodiit; altera vero prioris

taxat in præscriptis Principatibus & officio Mareschalliæ cum omnibus suis dominiis, juribus & pertinentiis sibi succedat, & quod eidem vox, jus, auctoritas & potestas competat, quotiens necesse fuerit, Romanum Regem eligendi. Si vero præfatum Rudolfum, *modernum Saxoniæ Ducem, sine legitimis masculini sexus heredibus laicis de lumbis ejus procreatis mori contigerit* (37) *ex tunc Principatus, vox, jus, auctoritas & potestas electionis hujusmodi mo-*

den vorgeschrieben Fürstenthumben und an den Marschalck Ampte, mit allen ihren Herrschafften Rechten und Zugehörungen, und derselbe soll haben die Stimme, Macht, Recht, und Gewalt, einen Römischen Kunig zu kyesen, wie offte das noth wirdet. Geschehe aber es also, daß der obgenannte Rudolff der nun Herzog zu Sachßen ist, abgienge, ohne elige Leibes Erben, Leyen Mannes Geschlechte, die von seinem Leibe bekomen wären, so sulle die Fürstenthumb, Stimme, Recht, Macht und Gewalt sülcher Kuh-

ris veluti est confirmatio, qua *Carolus IV.* ea, quæ olim *Rudolpho* tribuerat, *Wenceslao* concedit. Unde nec *Sigismundus* Imperator in ea, quam *Rudolpho III.* anno 1414. dedit, Bulla Saxon. Bullæ Aureæ mentionem fecit, quo tempore jam aliquam, & non exiguam auctoritatem Bullam illam obtinuisse, ipse credo LUDWIGIUS concedet.

§. XXXVII.

Accedimus ad *successionem callateralium*, quam, si *Rudolphum* sine legitimis heredibus mori contigerit, seniori ejus fratri *Bulla* nostra defert. De quo succedendi ordine nihil in *Bulla Carolina Tit. VII. & XXV.* cautum

do præmisso ad seniorem fratrem ejus per veram paternalem lineam descendentem,

re, als vorgeschrieben stehet, an seinen ältisten Bruder nach der rechten väterlichen Lineen, und

esse, sed utrumque de primogeniti, non de ipsius Electoris fratre agere, contendit FREHER. *ad Bull. Sigism. p. 575.* Instituti ratio non patitur, immorari controversiis illustribus, quæ de jure *primogenituræ* & *senioratus* motæ sunt, & diu multumque agitatæ. Historiam contentionum exponit, & scriptores præcipuos utriusque partis recenset a LUDEWIG. *ad A. B. T. VII. §. 3. p. 705. seqq.* Deductiones, quæ publica auctoritate prodierunt, commemorat LUNIG. *Biblioth. cur. Deduct. p. 565. sqq. p. 639. seq. & p. 643.* add. CRUSIUM *de jure præced. L. IV. C. 9.* STRAUCH. *Dissert. Jur. Publ. Dissert. II. §. 4. seqq.* STRUV. *Synt. Jur. Publ. C. XVI. §. 24. seqq.* & *Fr. Car.* VOIT a SALZBURG. *Dissert. de Emolument. territor. ex jure primogen. §. 46.* Nobis potior eorum causa videtur, qui pro jure primogenituræ contendunt, quam *Decreto* Imperiali approbavit Imper. *Rudolphus II. d. 27. Septembr. ann. 1607.* Hoc Decretum ad *Bullam Auream* & ad *Saxonicam*, non tamen ad nostram, sed alteram *Francofurtensem* provocat, quæ non minus, quam *Sigismundi* Saxonica primogenituræ jus haud obscure confirmat. Sed nunc de Bulla nostra dispiciamus. Hæc, si *Rudolphus* sine heredibus decedat, successionem ad *fratrem* ejus *seniorem* devolvit. Fratrem autem eo, quo data est hæc *Bulla* tempore, *Rudolphus II.* non habebat, nisi *Wenceslaum*, ut manifestum sit, huic successionem in eum, quem dixi-

& ab eodem ad primogenitum seu seniorem filium ejusdem, eodemque sine legitimis masculini sexus heredibus laicis decedente (38) *ad illustrem* Albertum *filium* Ottonis *quondam Ducis Saxoniæ fra-*	von denselben an seinen erstgebohrnen, oder den ältisten Suhn, nach der Naturen Lauffe, und ob derselbe abgienge ohne eliche Leibes Erben Mannes Geschlechte, Leyen, an den Hochgebohrnen Albrechten, Otten, ezwen Herzo-

diximus casum deferri. Nam *Albertus* & *Johannes* dudum decesserant, & ante *Rudolphum* nati erant. *Ottonem* quoque jam diem suum obiisse ex hac ipsa Bulla nostra satis constat, add. STRUV. *Synt. Histor. Diss.* 27. §. 30. BECMANN. *P. V. L. I. C.* 7. §. 6. *p.* 46. Fuisse autem ex his *Ottonem* natu majorem, minorem *Wenceslaum*, & plerique tradunt, & facile persvadent documenta, quæ *Ottonem* collocant ante *Wenceslaum*, vid. MÜLLER. *Elect. Jurid. Histor. P. I. p.* 207. 209. *& Deduct. Vinariens. p.* 52. add. GOLDAST. *Senior. L. III. C.* 17. Quod, si verum est, non est inficiandum, fratris senioris filio præferri fratrem juniorem, atque hunc dici seniorem, nullis licet fratribus, qui post eum fuerint geniti, existentibus. Quare, qui in eam sententiam disputant, ut seniorem primogeniti liberis præferant, præcipuum fere opinionis suæ præsidium in hac Bulla nostra solent collocare.

§. XXXVIII.

Videamus igitur quæ causa fuerit, cur *Carolus IV.* in iisdem tabulis, quibus primogenituræ jus firmavit, *Wenceslaum* anteponat *Ottonis* filio *Alberto*. Mihi res hæc

a *De-*

tris moderni Rudolfi *Saxoniæ Ducis, & ad ejusdem seniorem filium, eoque sine ma-*	gen zu Sachsen, des nutzgen Rudolffs Hertzogen zu Sachßen Bruders Sun, und an deßelben

a *Decreto,* quod ante Bullam Auream *Rudolphus I.* impetraverat, repetenda videtur. Hoc cautum fuerat, si *Rudolphi I.* primogenitum absque heredibus mori contingeret, vocem, jus & potestatem electionis ad seniorem fratrem per paternalem lineam descendentem, & deinde ad illius primogenitum devolvi debere. vid. *supr. §. V. p. II.* Ab hoc igitur decreto etiam post *Bull. Aur.* recedere noluit *Carolus IV.* ex hoc sibi jus quæsitum esse, contendebat *Wenceslaus,* atque jus primogenituræ, quod *Rudolpho II.* & illius posteritati Imperator hac Bulla nostra corroborabat, ad *Ottonis* etiam posteros extendi non permittebat. Utcunque fuerit, prælatum sane *Wenceslaum Alberto Ottonis* filio, constat, & successisse *Rudolpho II.* atque hujus juris causa a *Carolo Decretum* & *Bullam Francofurtensem* obtinuisse, ut fallat *Autor Chron. Luneb.* qui *Albertum* Archimareschallum Imperii a *Carolo IV.* ann. 1370. constitutum esse refert. vid. Leibnit. *Script. Brunsvic. T. III. p. 181.* Contentionem ea de re inter *Wenceslaum* & *Albertum* ortam fuisse, Struv. *Synt. Hist. Diss. 27. §. 30.* & Levin. *von* Ambeer *l. c. §. 12. p. 28.* tradunt. *Albertum* certe & ante, & post Bullam Francofurtensem Electoris titulo non minus quam *Wenceslaum* usum esse, diplomata, quæ Rehtm. *p. 653.* & Leibn. *Tom. II. p. 392.* exhibet, ostendunt. Lis hæc, si qua inter eos intercessit, finita fuit, *Alberto* sine heredibus decedente. Præfertur autem

sculini sexus heredibus decedente, ad proximiorem heredem secundum lineam paternalem, laicum duntaxat devolvi debet pleno jure; &

erstgebohrnen oder áldesten Sun, und ob der auch abgienge ohne elige Leibes Erben Manns Geschlechte an den náhesten Freund nach der váterlichen Lineen und Erben,

autem in nostra Bulla *Alberto* solus *Wenceslai* primogenitus seu senior filius, eodemque sine heredibus decedente, successio ad *Albertum*, ejusdemque seniorem filium, atque hoc absque heredibus defuncto, ad proximiorem heredem, secundum lineam paternalem devolvitur. Utrum igitur *Albertus Wenceslai* filios postgenitos præcedere, & ad hos successio demum post obitum *Alberti* ejusdemque si quem reliquerit senioris filii, reverti debuerit, alii viderint. Nos qui incerta pro certis affirmare nolumus, hæc in medio relinquimus. Quæ autem in favorem *Wenceslai* constituta sunt, ad exemplum trahi nequeunt, imprimis cum Bulla posterior Francofurtens. quæ omnes *Wenceslai* liberos *Alberto* præfert, & utraque *Sigismundi* Saxon. & Palat. successionem linealem, & primogenituræ jus satis stabiliant & tueantur. Ceterum *Albertus*, quem Bulla nostra vocat *Rudolphi* fratris filium, des nuygen Rudolfs Bruder Sun, in Bulla Francofurtensi patruus *Wenceslai* dicitur, sed patrui appellatio improprie eo loco accipitur, & nepotem ex fratre, & quemcunque agnatum exprimit (einen Vetter) vid. FREHER. *ad Bull. Sigism. p. 568. seqq.* add. *Deduct. Vinariens.* quæ sub titulo Grundfest Fürstl. Sáchß. Weimarischer Præcedenz anno 1640. prodiit p. 14. & LUNIG. Grundfeste *P. II. p. 108.*

talis successio ac devolutio debet, ut præmittitur in omnibus præscriptis sine innovatione perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observari, sub conditione infra scripta, ita videlicet, quod si aliquem ex eis modo prædicto ab hac luce migrare contingeret, qui masculini sexus heredes legitimos laicos post se relinqueret, in annis ætatis debitæ defectum patientes, ex tunc senior frater ejusdem morientis seu defuncti fidelis tutor & administrator ejusdem juvenis, ad quem præscripta jure devolventur, esse debet (39) *donec ad æta-*

der ein Leye sey, sich verfallen mit allen Rechten; auch sol solche Nachfolge und Anfälle, als davor geschrieben stehet, in den vorigen Sachen und Dingen, ohne Vernewung ewiglichen unzubrochentlich gehalten werden, mit der nachgeschriebenen Unterscheid, also ob ir deheiner abgienge, als vorgeschrieben stehet, der Mannes Geschlechte ehlige Leibes Erben Leyen nach ihm ließe, die zu ihren Jahren noch nicht kommen waren, so soll der äldeste Bruder deßelben, der do stirbet und verscheidet, ein getreuer Schirmer und Verweser seyn deßelben Jungen, bis daß er zu seinen Jahren kumme. Und wenn er zu den kumpt, so sol der-

§. XXXIX.

De *tutela Electorali* plures egerunt ex instituto. Justi voluminis hoc argumentum est, quod in transitu tractari nequit. Itaque tantum paucis attingemus ea, quæ ad Bullam nostram explicandam pertinent. Agit Imperator hoc loco de liberis, qui *ætatis debitæ defectum patiuntur*, qua loquendi formula, quam miram dicit FREHER. *p. 579.* & pupilli & minores continentur; die zu ihren Jahren noch nicht kommen, vel ut *Sigismundi* Bulla Sax. habet: Die

tem legitimam ipsum contin-	selbe sein Schirmer und Verweser
get pervenire, & eadem asse-	die Würdigkeit, Stimme, Macht
cuta, dignitatem, vocem, jus,	und Gewalt der Kur eines Römi-

zu ihren rechten Jahren oder Alter nicht kommen wären. His tutor constituitur defuncti *frater senior.* In Bulla *Francofurt.* additur: *nepos aut consangvineus proximior in linea geniturœ, si frater non extiterit ejusdem defuncti;* in *Sigismundi* Saxon: so soll des Verstorbenen ältester Bruder der nächste Neve oder Mage, in der Linie der Geburth, der Leye sey, ob der Bruder nicht wäre. *Nepos,* Neve, dici videtur fratris filius, quamvis latius accipiendum hoc vocabulum censeat FREHER. *p.580. Consangvineorum* appellatio hoc loco ad solos agnatos pertinet, ad cognatos non æque. Inter hos autem non gradus, sed lineæ habenda est ratio, quod verba innuunt *in linea geniturœ,* quæ omissa sunt in Bulla Palatina *Sigismundi* Germanica, FREHER. *d. l.* in Saxonica exprimuntur in der Linie der Geburth. *Agnatus* igitur *debet esse fidelis tutor & administrator juvenis,* ein getreuer Schirmer und Verweser deßelben Jungen. Nullum hic *Carolus IV.* discrimen facit tutoris & curatoris, minoris & pupilli, add. *Bull. Aur. Tit. VII. §. 4.* Sed in Bulla altera Francofurtensi jam *pupilli* & *juvenis* fit mentio, tutoris & curatoris, & in *Sigismndi* utraque des Kindes oder Jungen Vormünder und Verweser. Recte autem omnino in Bulla *Sigismundi* Palatina verba hæc: *de jure:* refert versio Germanica ad ea, quæ præcedunt, non ad ea, quæ sequuntur. Nam in nostra Bulla satis aperte dicitur, *ad quem præscripta JURE devolventur,* quod ad tutorem trahi

auctoritatem & potestatem electionis Romani Regis & omnia ac singula alia ab ipsis dependentia idem tutor sine difficultate, renitentia & exceptione contraria debebit & tenebitur juveni suo fratrueli protinus assignare. Ætatem quoque legitimam (40) *pro*

schen Kunigs und alle andere Dinge, die davon hengen, und die dazu gehören, ohne Beschwerung, Widerred und Helffred, und wird auch schuldig, den Jungen seines Bruders Sun uszeantworten unverzegentlich und ohne Hindernüß. Wir leutern auch, daß die Vollkommenheit der Jahre zu haben

nequit. Quare quod FREHERUS hoc ad tutelam legitimam designandam adjecta esse putat *p. 582.* admitti non potest. conf. *eund. p. 581.* Ceterum tutela hæc, si rem ex Bullæ nostræ sententia æstimes, imprimis ad dignitatem, vocem & jus electionis Romani Regis pertinet, non ad Ducatus & provincias, quarum administratio, si tutori legitimo vindicanda sit, ex aliis causis res repetenda est, non ex hac nostra Bulla. Quæ vero a suffragandi jure & Imperatorem eligendi potestate dependent, ea vix est, ut adimi tutori legitimo & ultima voluntate in alios tutores transferri possint.

§. XL.

Quæ ætas ad suscipiendam tutelam requiratur, *Bulla* nostra non definit. Verosimile est annos 18. etiam tutori sufficere, qui satis sunt filio Electoris. Neque hæc tempora coarctare aut extendere integrum est parenti, STRAUCH. *Diss. II. §. 7. pag. 52.* Annum autem decimum octavum completum esse debere, constituit *Aur. Bull. T. VII. §. 4.*

Acht-

habicione & regimine vocis, juris, auctoritatis & potestatis in electione Romani Regis decem & octo annorum censeri statuimus & haberi. In Principatibus vero gubernandis (41) *ætatem per leges*

und zu besitzen die Würdigkeit, Stimme, Recht, Macht und Gewalt an der Kuhre eines Römischen Kunigs seyn sullen, achtzehen Jahr, und sezen, daß man es dafür sulle haben. Auch wollen wir, daß die Gesetze, die von seeligen

